TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. **P_MSS_0871**

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

P. Giuseppe Trodolone

Cronache e Documenti Friulani

871

DI
UDINE

8.94

Antiquitates et fragmenta
hujus Patriae nostrae forojuliensis
a P. Josepho Prodolon
Congregationis S.ti Philippi.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

C. VII.

BIBLIOTECA CIVICA DI UDINE

Antiquitates, et fragmenta huius Patrię Nostrę Forojuliensis, a P. Josepho de Prodolon Cong̃nis Ntrę Utinēs. sedulo collectę, ac propria manu in unum redactę.

Nomina et series Patriarcharum Aquilejensium.

i Primus Patriarcha prędicator extitit Aquilegię Beatus Marcus Evangelista.

2. Hermagoras Patr.
3. Hellarus — Patr.
4. Grisogonus — Patr.
5. Theodorus — Patr.
6. Grisogonus — Patr.
7. Agapitus — Patr.
8. Fortunatus — Patr.
9. Valerianus — Patr.
10. Benedictus — Patr.
11. Cromatius — Patr.
12. Augustinus — Patr.
13. Adelfus — Patr.
14. Maximus — Patr.
15. Januarius — Patr.
16. Secundus — Patr.
17. Niceta — Patr.
18. Marcellinus — Patr.
19. Marcellinus — Patr.
20. Stephanus — Patr.
21. Maxentius — Patr.
22. Macedonius Patr.
23. Paulus — Patr.
24. Probinus — Patr.
25. Helias — Patr.
26. Severus — Patr.
27. Joannes — Patr.
28. Martenianus Patr.
29. Fortunatus — Patr.
30. Felix — — Patr.
31. Joannes — Patr.
32. Joannes — Patr.
33. Petrus — Patr.
34. Joannes — Patr.
35. Serenus — Patr.
36. Calistus — Patr.
37. Sigivaldus — Patr.
38. Paulinus — Patr.
39. Ursus — Patr.
40. Maxentius — Patr.
41. Andreas — Patr.
42. Venantius — Patr.
43. Theuthimarus — Patr.
44. Lupus — Patr.
45. Valpertus — Patr.
46. Federicus — Patr.
47. Leo — Patr.
48. Ursus — Patr.
49. Lupus — Patr.
50. Engelfredus — Patr.
51. Rodaldus — Patr.
52. Joannes — Patr.
53. Popo — Patr.
54. Eberardus — Patr.
55. Gotopoldus — Patr.
56. Ravengerius — Patr.
57. Sigeberdus — Patr.
58. Henricus — Patr.
59. Federicus — Patr.
60. Vodolricus — Patr.
61. Gerardus — Patr.
62. Peregrinus — Patr.
63. Vodolricus — Patr.
64. Gotofredus — Patr.
65. Peregrinus — Patr.
66. Wolcherus — Patr.
67. Bertoldus — Patr.
68. Gregorius — Patr.
69. Raymundus — Patr.
70. Petrus — Patr.
71. Ottobonus — Patr.

72. Castonus

72. Castoniy + — — Patr.
73. Paganus — — Patr.
74. Bertranduy — Patr.
75. Nicolaus — Patr.
76 Ludovicus — — Patr.
77. Marquardus — Patr.
78. Filippus — — Patr.
79. Joannes — — Patr.
80 Antonius — Patr.
81. Antonius — Patr.
82. Antonius Cardinalis Patr.
83. Ludovicus — Patr.
84. Ludovicus — Patr.
85. Marcus Barbus Card. Patr.
86. Hermolaus Barbarus Patr.
87. Nicolaus Donatus Patr.
88. Dominicus Grimanus Cardinalis Patr.
89. Marinus Grimanus Cardinalis — Patr.
90. Marcus Grimanus Electus — Patr.
91. Joannes Grimanus Patr.
92. Daniel Barbarus Electus — Patr.
93. Aloysius Justinianus Electus — Patr.
94. Franciscus Barbarus Patr.
95. Hermolaus Barbarus Patr.
96. Antonius Grimanus Patr.
97. Augustinus Gradonicus Patr.
98. Marcus Gradonicus Patr.
99. Hieronymus Gradonicus Patr.
100 Joannes Delphinus Card. Patr.
101. Dionysius Delphinus Patr.
102. Daniel Delphinus Card. Patr. adhuc vivens.

Series Patriarcharum Aquilejensium fideliter, diligenterque per ordinem exemplata ex Manuscriptis antiquis antiquioribus antiquissimis ut infra.

In Nomine Dñi Nostri Jesu Xpti Amen. Post ipsius sacratissimam Ascensionem ad Patrem omnes Apostoli missis sortibus per Mundi clymata ad predicandum Verbum, per quod omne genu flectitur cœlestium terrestrium, et infernorum, et in quo salvamur, et sumus, dispersi sunt. Et licet Beatissimo Principi Apostolorum Petro data fuerit super universalem Ecclesiam atque ligandi et solvendi in Cœlo, et in terra plena potestas, Spiritus tamen Sanctus ubi vult spirans eumdem Apostolorum Principem una cum Coapostolo eius Paulo super quos velut firmas bases Ecclesia Sancta fundata est, Romam deduxit. Ubi iidem Apostoli miraculis et doctrinis profectam Ecclesiam sub Nero sevissimo illuminaverunt. Quorum discipulus B. Marcus Evangelista qui ab ore Petri Evangelium scripsit ex precepto dicti Petri ad urbem Aquilegiam famosissimam caput Italie Pontificatus ab eodem Petro accipiens baculum venit. Et per plures annos verbum

ibi salutis

ibi salutis predicans et affirmans cum Apostolo quoniam hic est Christus Evangelium propria manu scripsit quod hodie in Aquilegensi Ecclesia omnibus videntibus quia tale lumen sub modio poni non debet sed super candelabrum ut luceat omnibus demonstratur. Et sic primus Predicator in Aquilegia fuit B. Marcus Evangelista. Qui predicationis sue rugitu infinitis populis ad fidem Christi conversis, et jam fundata Ecclesia vultum Petri Magistri sui videre desiderans et ire Romam, populum occulte dimittere satagebat. Sed Dei nutu vociferante populo et petente Pastorem ab omni turba Beatus Hermagoras in Pastorem gregis Dominici electus est. Tunc dictus Hermagoras iter cum B. Marco arripiens Romam pervenit et a B. Petro baculum accipiens Pontificatus et velamen sacrum suscipiens Prothoepiscopus Provinciae Italiae ordinatus et super omnes Ecclesias Italiae primatum obtinuit. Et regressus ad Urbem Aquilegiam Ecclesiam suam miro componens moderamine Seniores et Levitas ordinavit, quos ad Civitates alias Italiae transmittebat. Tandem XX. annorum ab ipsius ordinatione decurso curriculo premissis eius sacris operibus, et miraculis gloriosis, que in Legenda declarantur ipsius sub Sevasto Preside in prefata Urbe Aquilegia, et Nerone Monarchiam gubernante per diversa genera tormentorum cum Sancto Fortunato Archidiacono suo decollatus Aquilegiensem Ecclesiam sacro martyrio decoravit. Premittens ad palmam nobiles sanctissimas Virgines Euphemiam, Dorotheam, Theclam et Erasmam, quas propriis manibus baptizavit. Hae virgines post Christi passionem prime, per martyrii palmam immaculato agno sua corpora tradiderunt, que in Ecclesia Aquilegiensi cotidie gloriosis coruscant miraculis. Huius Sancti Presulis precibus Aquilegiensis Provincia est ab invasione Demonum liberata, nec aliquis de hac Provincia ubicunque fuerit a Demonio vexari potest, nec periclitari morsibus scorpionum.

Huic Beatissimo Protho-Presuli successit B. Hellarus Patha qui sibi populum commissum in fide Christi verbo confortans et opere, expletis ordinationis sue annis X. sub Numeriano Principe una cum Taciano Archidiacono suo, et aliis tribus Dionysio, Hillario, et Felice bonum certamen certantes cursum glorioso martyrio consumavit.

Hellaro

4

Hellaro successit Grisogonus Patriarca, qui completis annis X. suæ ordinationis mirifice rexit Ecclesiam

Grisogono successit Theodorus Patha, qui XI. anno ab ipsius ordinatione vitam martyrio consummavit.

Post hunc successit Grisogonus Patha, qui plenus bonis operibus migravit ad Christum post novem annos ordinationis suæ.

Agapitus Patha sedit annis XIII.
Fortunatus Patha sedit an. XV.
Valerianus Patha sedit an. XVIII.
Benedictus Patha sedit an. XXV.

Hi omnes licet sub magnis Infidelium persecutionibus fidelium tamen auxerunt Ecclesiam eorum sacris prædicationibus, et exemplis.

Post hos successit B. Cromatius Patha Doctor mirificus contemporaneus egregii et primi Doctoris Ecclæ B. Jeronimi quem Cromatium idem Jeronimus natus Oppido Stridonis in Dominio Ecclæ Aquilegiensis sito inter viros illustres commemorat et in quadam Epistola sibi scribit Dño suo Cromatio Beatissimo Episcopo Aquilegiensi. Hujus tempore floruit etiam Rufinus Presbyter Aquilegiensis Doctor eximius qui librum de Istoria scholastica composuit et multos alios de Græco et Hebraico transtulit in Latinum, multasque Epistolas scripsit Jeronimo et Jeronimus sibi. Sedit autem annis XVIII. et plenus bonis operibus migravit ad Xpum.

Cromatio successit Augustinus, qui post annos XVIII. ab ordinatione sua aucto populo Dei cum sanctis in pace quievit.

Adelphus Patha sedit annis VIIII.
Maximus Patha sedit annis XX.
Januarius Patha sedit an. VIII.
Secundus Patha sedit an. III.

Nicæta Patha sedit annis XXXII. Cujus tempore regnante Secundo Theodosio Augusto circa annum Dñi CCCCXXV. Attila flagellum Dei cupiens sibi Romanum imperium subjugare, et debellatus a Romanis quibus adhærebant omnes fere populi Occidentis, ubi occisa fuerunt CLXXX millia hominum, reversus est Pannoniam, et reassumptis viribus iterum intravit Italiam, et primo veniens in Forum Julii destruxit omnes munitiones Fori Julii primo castrum Juliense et obsedit urbem Aquilegiam tribus annis, et collem ubi nunc est castrum Utini pro sua habitatione manualiter fieri fecit. Tandem peccatis exigentibus per trium annorum obsidionem, infra quod tempus multa millia hominum Aquilegiæ occisa sunt, Aquilegiam cepit, et destruxit, dictum Nicætam inhumaniter jugulando

gulando Deinde ad partes alias Italiæ progrediens Civitates Concordiam, Altinum, quod nunc Tarvisium, Opitergium, Patavium et alias multas delevit Tandem precibus Beatissimi Leonis PP. Primi idem Attila extinctus est.

Post Attilæ necem sedit in Aquilejensi sede Marcellianus Patriarcha annis XXVIII. Huius tempore Zenon Romanum fastigium gubernabat Odonacher Ruthenorum Dux occiso quodam Augustulo, qui Romanum Imperium invadere præsumpserat Romam ingreditur, et totius Italiæ per XIIII. annos obtinuit principatum. Quem Theodoricus Rex Gothorum ad Italiam properans cui dictus Odonacher occurrit cum innumerabili exercitu juxta Aquilejam in campis ubertinis debellavit.

Post Marcellianum Marcellinus in sedem instituitur Patriarchalem, quam rexit annis XV. et non modicum tempore Anastasii Augusti reformavit Ecclesiam, et Urbem Aquilegiensem quam propter invasionem Attilæ invenit plurimum deformatam et quasi totaliter destructam

Stephanus sedit annis XII. Hic sub Iustino Christianissimo Imperatore et Theodorico regnante in Italia qui erat Ariana infectus hæresia, et Arianos protegebat multa pro fide Catholica perpessus est Sed Christo protegente non solum Ecclesiam sed totam Provinciam a peste huiusmodi liberavit.

Macedonius Patriarcha successit vir clarus et pius, qui Iustiniani Augusti assumptus temporibus vitam ducens laudabilem, et per Provinciam Italiæ peragrans patres mirabiliter in Christo confortabat. Tandem post annos XXVI. ab ordinatione sua felici pace quievit.

Huic successit Paulus gloriosus Antistes tempore Iustini Imperatoris II. cuius tempore Longobardi a Narsete Patritio ducti Italiam intraverunt. Quorum historiam Paulus Historiographus scribit. Et dicti Longobardi primum Castrum Iuliense depopulaverunt, et totaliter destruxerunt. Hic Paulus Patriarcha timore eorundem Longobardorum ductus cum

thesauro

thesauro et reliquiis Ecclesie ad Gradum Insulā se contulit, quam novam Aquilegiam appellavit Et ibi XII. Pontificatus sui anno vitam finivit.

Probinus Paulo successit, qui uno anno apud Gradum vixit.

Helias Patha sedit annis XXII. Hic quia tria Capitula Calcedonensis Concilii suscipere noluit tamquā hereticus reprobatus est. Sed Pelagius PP II eidem misit Epistolam satis utilem, quam B. Gregorius dum adhuc esset Cardinalis scripsit Tunc Helias ab errore revocatus de predicti Pape Pelagii consensu XX. Episcoporū Synodum convocavit et Gradensē Insulam, que, ut prefertur nova Aquilegia appellata fuit totius Venetie instituit esse Metropolim Ad cuius robur Heraclius Augustus devotione ductus. B. Marci sedem quam dudū Helena Mater Constantini tulerat de Alexandria, Aquilegiam direxit, ut ibi hactenus veneraretur apud S. Hermagore sedem, ubi primo predicaverat verbum Dei. Venetie quippe due sunt. Prima est illa, que in antiquitatū historiis continetur, que a Pannonie termino usque ad flumen Danubii, in qua etiam Istria completitur, protelatur Cuius Aquilegia olim Civitas famosa caput extitit que etiam caput Italie vocatur. Secunda Venetia est, que apud Insulas Maris Adriatici ex collectione populorū primarum Venetiarum propter rabiem Attile et deinde Longobardorum infra aquas fundata est.

Severus Patha successit Helie apud Aquilegiam novam, et XV. annis sedit. Quem Smaragdus Patricius nolentem Ravennati Episcopo adherere cum trib; Coepiscopis de Grado violenter abstrahens cum injuria Ravennam duxit compellens eundem Severum dicto Ravennatensi Episcopo in trib; damnatis capitulis a PP. Pelagio adherere. Sed justo Dei judicio Smaragdus Patricius a Demonio correptus Constantinopolim remeavit. Severus vero expleto anno uno ad Gradum cum trib; Coepiscopis rediens non est receptus a populis nec sibi voluerunt alii Episcopi communicare, quia errori Ravennati Episcopi communicaverat. Sed convocata Synodo X. Episcoporum in Maurano idem Severus dans erroris sui libellum a patribus in Patham benigne receptus est. Episcopi autem qui dicte Synodo interfuerunt sunt hi. Petrus de Altino. Cla-

Clarissimus

rissimus de Sabione. Angelus Tridentinus. Junior Veronensis. Oronti Vicentinus. Laurentius Bellunensis. Rusticus de Tarvisio. Fonteius Feltrensis. Angelus Cenetensis Maxentius Juliensis et Adrianus Polensis. Hujus etiam tempore saeviente adhuc multitudine Longobardorum et imperante Mauritio Augusto fames maxima et mortalitas per universam Italiam fuit.

Post obitum Severi Joannes Abbas cum consensu Regis et Agisulfi Ducis Forojuliensis in Patham in Aquilegia veteri ordinat. In Grado quoque Candianus caput schismatis à Romanis instituit. Candiano defuncto apud Gradum Epiphanius nomine schismate ordinat. Et ex hinc coepit nominari Patha Gradensis qui Epiphanius erat Primicerius Not. Romanorum.

Marcianus Patha sedit annis VIIII

Fortunatus Patha sedit annis III.

Felix Patha sedit annis XIIII. Hic apud Regem Longobardum familiaris extitit cui ipse Rex fuit multum benignus et gratiosus.

Joannes Patha sedit annis IX. Alter Joannes Patha sedit annis X.

Petrus Patha sedit annis XIII. Justiniano II Imperat. Hujus tempore universalis synodus apud Aquilegiam celebrat.

Serenus Patha sedit an. I. Vir bonus et pius ac omni simplicitate praeditus et ad Christi servitia pronus et nota, quod a Severo Patha usque ad Calixtum, qui sequit, Pathae propter incursionem Romanorum non audebant stare in Aquilegia, sed habitationem sibi elegerant in Cormono.

Sublato itaque de medio Patha Sereno ei succedit Calixtus vir egregius Ecclesiae Tarvisianae Archidiaconus qui adnitente Luitprando Rege Longobardorum regimen Ecclesiae Aquilegiensis suscepit, et ejusdem Regis suffultus favore Ecclesiam strenue gubernavit. Tandem X°L. ordinationis suae anno felici pace quievit in Civitate Austriae, cujus corpus sepultum in Ecclesia Sancti Joannis.

Sigualdus Patha de Regis Grimoaldi genere sedit annis XLII et prospere Ecclesiam gubernavit.

Sanctus Paulinus Patha sedit annis XV. Qui finito jam regno Longobardorum et in captivitatem ducto Desiderio ipsorum Rege una cum uxore, et filiis ad

Franciam

gloriosum Karolum Magnum Imperatorem pro juribus Ecclesie amplexandis profectus est. Et vir iste miræ sanctitatis ab Imperatore Karolo privilegia valde pulchra obtinuit. Et rediens in Civitate Austriæ multis in vita miraculis clarus et in morte cujus corpus in prædicta Civitate quiescit, et veneratur.

Ursus Patha sedit annis V. Hic primus cepit proclamationem facere de Grado Insula Plebe synodali jure subiecta Aquilegensi Ecclesie In qua quidam Venerius sibi nomen Pathe usurpaverat.

Maxentius Patha sedit annis XXVI. Ad cujus preces B. Eugenius PP. et Ludovicus Imperator ad instantiam Lothari filii dicti Ludovici universalem Synodum Mantuæ celebraverunt. In qua eodem Maxentio proclamante quod quidam Venerius falso sibi nomen Pathe in Grado Insula Plebe Ecclesie Aquilejensis usurpaverat et retractata hujusmodi causa per dictam Synodum declaratum fuit Gradum esse Plebem Synodali jure Ecclesie Aquilegensi subiectam, deposito Venerio antedicto.

Andreas Patha sedit annis X. Hic proclamatione facta de Gradu per Leonem PP. et Lotharium Imperatorem dictam plebem obtinuit et adjudicata est Plebs Ecclesie Aquilegensi in Synodo generali.

Venantius Patha sedit annis XIII.

Theutmarus Patha sedit annis XXII. Hic etiam sub prædicto Lothario et etiam sub Ludovico ejus filio Ecclesiam mirabiliter gubernavit et pro Gradensi Plebe reclamavit et eam obtinuit in Papia.

Lupus Patha sedit annis III. Hic a prædicto Ludovico in protectionem suam susceptus est.

Valepertus Patha sedit annis XXVI. Hic Karolum II. filium Ludovici a Papa Ioanne VIII coronatum Romæ sociavit.

Federicus Patha sedit annis LIII: Iste mirabiliter Ecclesiam gubernavit. Hujus tempore imperante Karolo III Ungarorum gens a Servia egressa in Panoniam quæ adjungitur finibus Civitatis Aquilegensis primitus venit et ejectis Avaris ibi habitare cepit. Erat enim gens crudelissima carnem comedens humanam et sanguinem bibens pro potu quos Federicus Patha repressit et longius effugavit reddens Hesperie patriam, quæ caput extat Italiæ. Super cujus sepulchrum in Aquilegia est Epitaphium:

Conditur

Conditur infenus nitido Patriarcha sepulchro
Praeclarum nomen, cui Federicus erat.
Ungarorum rabiem magno moderamine pressit
Fecit et Hesperiam pacem habere bonam.
Egregius Pastor nostris dum pasceret agnos
Semper ubicunque gregi pabula laeta dedit
Hunc Deus omnipotens proprio ditavit honore
Post hunc angelicis consociando choris
Tu quoque Praecursor Christi Baptista Joannes
Pontifici mentis auxiliare tuis

Leo sedit annis XXII. Hic pro libertate Ecclesiastica se num exponens a quodam Rodaldo Longobardo occisus est. cuius bona omnia Rodoaldi Ecclesiae Aquilegiensi confiscata fuerunt per sententiam Principum ut inferius apparebit.

Ursus Pattha sedit annis XXIII. Hic tempore Berengarii sedit totus virtuosus, et prudens pro Ecclesia multum laboriosus fuit, et sollicitus. In civitate Austria plenus dierum in pace quievit.

Lupus Pattha sedit annis VIIII.

Hengelfredus Pattha sedit annis XXIII Cui Berengarius II., et postea Otto I. immunitates, et privilegia concesserunt. Hic fuit nobilis genere, et omni probitate conspicuus

Rodaldus almificus Pattha sedit annis XLII Nobilis genere, et nobilior mente ab Imperatoribus Ottone II. et III. plura privilegia obtinuit, et inter caetera per sententiam Principum coram praedictis Imperatoribus obtinuit quidquid inter Plaviam, et Liquentiam habebat Rodaldus Longobardus, qui Leonem Pattham, de quo superius facta est mentio interfecit.

Joannes Pattha sedit annis XVIII. Hic ab Ottone III. plura privilegia obtinuit et adversus quendam Ursonem qui se Pattham Gradensem dicebat coram B. Henrico Imperatore, cuius uxor fuit Sancta Cunegundis virgo de Grado plebe sua etiam reclamavit.

Poppo Pattha Venerabilis sedit annis XXIIII Hic in duobus Conciliis Romae et Ravennae celebratis coram Johanne Papa XVIIII, et Mag. Corrado Imperatore adversus Ursonem praedictum et citatum et vocatum per litteras Apostolicas et non comparentem de Grado plebe praedicta proclamavit. In quibus Conciliis Gra-

dus adjudicata

tus abjudicata est Sedi Ecclesie Aquilejensis et Dicto Ursonem, omnesque suos predecessores false Patriarcha-tus nomen usurpasse, ipsoque procurante omnes thesauri Civit., libri, Calices, Paramenta, et alia vasa aurea et argentea, librum seu Evangelium, quod B. Marcus Evangelista propria manu scripsit cum corporibus Sanctorum, que per Paulum Patriarcham metu Longobardorum ad predictam Gradum insulam depor-tata fuerant et cum aliis reliquiis ad Aquilejen-sem Civitatem deportata fuerunt. Templum de novo construxit. iste B. Pontifex et monasterium San-ctimonialium extra muros Aquilegie, quod opulen-tissime ditavit. Templum predictum una cum duobus Romane Ecclesie Cardinalibus et viginti aliis Episco-pis solemniter consecravit. Cui consecrationi inter-fuit Corradus Imperator predictus. Et Joannes Papa huic Sanctorum corpora videlicet Marci PP. et Qui-rini Epi Martyris transmisit, tradens eidem Pop-poni potestatem super XVI. Episcopatus videlicet Tergestinum, Emonensem, Polensem, Parentiensem, Justinopolitanum, Concordiensem, Cenetensem, Fel-trensem, Bellunensem, Paduanum, Vicentinum, Veronensem, Tridentinum, Mantuanum atque Cu-manum. Quam potestatem cum certis regalibus dictus Corradus concessit, atque confirmavit multa-que bona fecit pro ipsa Ecclesia, que narrare per sin-gula nimis longum esset. In Aquilejensi Civit. requiescit in medio Civit. In cujus Sepulchro ii versus scripti sunt.

Poppo Sacerdotum lux, et decus Ecclesiarum
Gloria Romani spes simul Imperii.
Constitutus vitiis humane conditionis
Ecce sub hac mole fit cinis ex homine.
Instruit ut Paulus fuit omnibus omnia factus
Servo studens Domino dupla talenta suo.
Hic locus est testis, quibus ipse resplenduit actis
Ille quidem bonis moribus atque probis.
Exornans istam Xpto fundaverat aulam
Ultima principio, que dedit hora suo.
In labro Phebo duodena parte locata
Agne Dei vivi sub te rogo parce jacenti *

---

* Questa lapida sepolcrale era fatta di verde antico, quale

Eberardus Pattha sedit annis V. de quibus invenitur dicendum.

Gotopoldus Pattha sedit annis XVII. qui etiam de Gradensi sede proclamavit, et eidem tam per Alexandrum II. quam per Henricum Imperatorem III. dicta Plebs adjudicata est, et per utrosque super XVI. Episcopatus prædictos, et de Regalibus data fuit potestas. Hic construxit monasterium S. Stephani de Aquilegia in quo erant Canonici Regulares, nunc autem seculares. Huic etiam concessit, et dedit dictus Imperator Ducatum Fori Julii, et Marchiam Istriæ, et multa alia largitus est. Super cujus monumentum in Aquilegia hi versus scripti sunt.

Hic Gotopoldus jacet missus in monumento
Hic Præsul dictus nomine, non merito.
Sed quia mortalis me pejor non erat ullus,
Xpte Fili miserere mei
A morte perpetua libera Domine.
Crux mihi sit requies
Crux mihi sancta salus.

Ravengerius Pattha sedit annis IIII.

Sigeardus Pattha sedit annis VIIII. Huic Henricus III. dedit Marchiam Carniolæ, et multa alia privilegia concessit, et concessa per alios confirmavit et Urbanus Papa II sibi omnia confirmavit circa ann. Domini MLXXXVIIII.

Henricus Pattha sedit annis VI.

Federicus Pattha sedit anno I.

Vodalricus Pattha sedit annis XXXVII. Hic cum Henrico Imperatore IV. Romam vadens pro ejus coronatione propter discordiam, quæ erat inter Paschalem Papam et ipsum Henricum, Paschalis capitur, et dicto Vodalrico traditur custodiendus cui idem Vodalricus non sicut custos sed sicut humilis servus famulabat. Tandem factis compositionibus Henricus coronat, et procurante eodem Pattha pax firma inter Imperatorem et Papam facta est, propter quod tam a Papa, quam ab Imperatore gratias multas obtinuit.

Gerardus

quale fu poi levata per la di lei preziosità dagl'Austriaci dopo l'anno 1740 e ve ne fu posta un'altra di pietra rossa ordinaria.

Gerardus Patha sedit annis VIIII. Hic de villa Premaria-
ci juxta Civitatem Austriam ortus apud eandem
plenus bonis operibus migravit ad Xptum.

Pellegrinus Patha sedit annis XXXI. Tempore istius Ho-
norius II. Papa fuit in Aquilegia. Huius etiam
tempore a Papa Innocentio II. coronatus Lotharius
Imperator cuius coronationi interfuit idem Pella-
grinus, et de Regalibus fuit ab ipso Imperatore so-
lemniter investitus.

Gotofredus Patha sedit annis XII. Hic de regali prosapia
ortus Ecclesiam suam mira prudentia gubernavit.

Vodalricus Secundus sedit annis XX. Qui Legatus Apos-
tolicę sedis factus Federici primi consanguineus
tam ab Adriano IV. quam Alexandro III. confir-
mationes Privilegiorum obtinuit. Huic dictus Fe-
dericus omnia privilegia imperialia et regalia
confirmans Marchiam Istrię et Carniolę Duca-
tum et Comitatus Forijulii et multa alia loca
et castra, et terram inter Plavim, et Liquentiam
jacentem concessit et per alios concessa confir-
mavit. Dedit etiam eidem Pathę et Ecclesię
Aquilegiensi montem Silicis cum omnibus.......
appenditiis et post reconciliationem factam inter
Alexandrum III et Imperatorem fecit idem Im-
perator dictum Vodalricum Pathiam per totam
Italiam suum Vicarium generalem. Hic duplicem
habuit legationem. Iacet in Aquileja, in cuius
monumento hi versus sunt:

Alter Vodalricus jacet hic Patriarcha benignus.
Moribus illustrans scismate Ecclesiam
Auxit, ditavit, fratres hos ipse beavit
cum justis maneas, gaudia possideas.

Pellegrinus II. sedit annis XIIII. Iste fecit multa bona Ec-
clesię, et inter alia reparavit Ecclesiam Civitaten-
sem, et decoravit multis clenodiis, et fecit tabulam
argenteam valde pulchram in dicta Ecclesia sed
mirabilem in Ecclesia Aquilegiensi, quę per pasto-
rum incuriam post longum tempus Venetiis
fuit pignorata, quam ipsi Veneti hodie pro pre-
tioso servant thesauro. Iste primus cepit amicitiam
contrahere cum Venetiis.

Volkerus Patha beatus. Sedit annis XII. Hic ab Henrico V.
et Ottone III. confirmationes privilegiorum obtinuit,
et coram eis, et etiam coram Friderico II. Marchio-
natum

natum Istrie, quem Dux quidam Bavarie Ludovicus nomine tenebat per Principum sententias obtinuit, et repugnatione facta per dictum Ducem de huiusmodi Marchionatu per omnes tres Imperatores successive investitus est dictus Patha de dicto Marchionatu, cui etiam dicto predictus Montem Silicis donavit. Hic multa sanctitatis opera in vita sua fecit, que Deus post eius mortem ostendit, nam eius Archa marmorea in Aquilegiensi Ecclesia in aere pendebat visibiliter stans circumquaque per IIII.or digitos super terram nunc autem uno angulo terram tangit modicum, aliis angulis terram minime tangentibus.

Bertoldus Patha sedit annis XXVI. Iste filius Ducis Meranie patruus fuit Beate Helysabeth que fuit filia Regis Hungarie, cuius Beate Helysabeth mater fuit soror dicti Patriarche Bertoldi. Hic Archiepiscopus Colocensis extitit, qui Friderico II. adherens usque ad ejus depositionem multos honores, multa privilegia, et gratias obtinuit. Multa bona una cum Patre et matre Ecclesie Aquilegiensi contulerunt. et potissime in Karinthia et Marchia, et Carniola, cui predictus Imperator etiam Montem Silicis inter alia concessit, et tradidit. Huius tempore Ezelinus de Romano tyrannidem exercebat et licet idem Bertoldus indignationem, eo quod adherebat Friderico, sedis Apostolice incurrisset ad Romanam Curiam cum magna comitiva Baronum, et Nobilium, et ibi magnalia ostendens ab Innocentio IIII. gratiose susceptus gratiam, et benedictionem obtinuit, et rediens a Curia Romana post aliquod tempus multa dimittens de proprio patrimonio Ecclesie, felici pace quievit. Iacet in introitu Ecclesie infra Ecclesiam. Hic fieri fecit Ecclesiam S. Odorici de Utino, et etiam Civitatem Austriam muris ampliavit.

Gregorius Patha qui fuit de Monte longo sedit annis XVII. mensibus X., et diebus XVI. Hic antequam assumptus esset ad Patriarchalem dignitatem existens Notarius Pape missus fuit Legatus contra Fridericum iam depositum qui Parmam obsidebat. Parmenses videntes auxilium sibi paratum egressi sunt, et ibi Gregorius una cum Parmensibus exercitum Friderici aggressi sunt, et spoliis acceptis ipsum Fridericum ab exercitu suo non sine magno dampno, et opprobrio expulerunt.

puleverunt. Hic factus Patha per Papam Innocentium
IIII. venit Aquilegiam XIII. die Januarii sub anno Dni
MCCLXI. Hic gloriosus Antistes multa laudabilia ope-
ratus est, et multas guerras pro libertate Eccle sue
cum Comitibus Goritie, et Tyrolis perpessus est. Supra-
dictus Patha fieri fecit Monasterium Fratrum Mino-
rum Civitatis Austrie, et aliud pro eisdem Fratribus
in Utino cum Ecclesia cujus consecrationi interfuit
ipse cum multis aliis Episcopis anno Dni MCCLXVI.
Tandem anno MCCLXVIIII mortuus est in Civitate
Austria, et ibi sepultus. Eodem anno electus fuit in
Patham Aquilegiensem Philippus frater Ducis Karinthie
olim Archiepiscopus Salisburgensis sed privatus fuit
per Papam Gregorium X. eo quia electio Patharly ante
dictam electionem fuerat interdicta per Curiam Ro-
manam qui cum ab Apostolica sede vacante non con-
firmaretur, electus fuit in Capitaneum Forojulii salvo
jure electionis Pathalis. Sedes autem Aquilegiensis
vacavit annis IIII.or

Raymundus Patha sedit annis XXV. mense I. dies XVII.
Hic natione Mediolanensis, dum esset Episcopus Cu-
manus factus fuit Patha Aquilegiensis per Alexan-
drum Papam et Curiam Romanam anno Dni MCCL-
XXIII. die XI. exeunte mense Decembri. Venit in Fo-
rum Julii videlicet Utinum anno MCCLXXIIII.
die Sabbathi IIII.o intrante Augusto. In adventu suo
cum Alberto Comite Goritie guerram fecit sed mo-
dicum duravit, majorem et longiorem habuit in
Istria cum Venetis, quos debellavit et vicit. Pulchra
privilegia concessit Utinensibus, quos ditavit honori-
bus et redditibus. Obiit Utini anno MCCLXXXXI
die VI. exeunte Februario, sepultus vero Aquilegie
in Capella S. Ambrosii ante per ipsum facta. Eodem
anno die V. intrante Martio electus fuit in Patham
Aquilegiensem Dnus Conradus Dux Polonie unani-
miter et concorditer per Capitulum Aquilegiense,
sed non fuit confirmatus per Curiam Romanam.

Petrus Patha sedit anno I. mensibus VII. Hic consecratus
in Patham Aquilegiensem a Bonifacio Papa VIII.
in festo Nativitatis S Johannis Bapte anno Domi-
ni MCCLXXXXIIII. modicum supervixit nam obiit
in Utino, et sepultus fuit in Eccla S. Marie posita
super colle Utini ante altare majus die X. exeunte
Februario

sebreano

Ottobonus Patria sedit annis XIII. Hic factus fuit Patriarcha Aquilegiensis per Papam Bonifacium VIII anno Dñi MCCII penultimo die Martii. Mirabiliter, et fortiter rexit Ecclesiam suam. Solvit multa debita Romanæ Curiæ; habuit multas guerras, debellavit et vicit hostes. Vacante sede Papali per mortem Clementis Papæ anno Dñi MCCCXIIII. die X. exeunte septembri arripuit iter versus Romam ad Cardinalem Lucam Januensem, qui citaverat eum ad se: unde sperabatur quod dictus Patria crearetur in Papam, quod minime factum est, quia ipso revertente gravi infirmitate detentus obiit anno Dñi MCCCXV. die XIII Januarii. In comitatu Placentiæ sepultus est in Castro, qui dicitur Arquar.

Castonus Patria sedit mensibus VII. diebus..... Hic ad preces Regis Roberti factus Patria Aquilegiensis per Johannem Papam, veniendo Florentiam in Forum Julium equitante eo cecidit, et mortuus est, ac Florentiæ sepultus anno Dñi MCCCXVIII die XII exeunte Augusto, qui ultimo die anni præteriti creatus fuerat Patria.

Paganus Patria sedit annis XV. Hic dum esset Episcopus Paduanus creatus fuit Patria Aquilegiensis per D. Dnum Papam Johannem anno Dñi MCCCXIX.

Bertrandus Patria Beatus sedit annis XV. mensibus VII diebus VI. Hic fuit oriundus de Castro S. Zenensis. Iste Antistes multum laboravit pro libertate suæ Ecclesiæ, et multa ipsius bona recuperavit. Hic fecit fieri, ac depingi Capellam, in qua jacet, sepulchrumque eius marmoreum, in quo condi fieri fecit. Speculator justitiæ, amator pauperum, pupillorum, viduarumque protector. Anno Dñi MCCCL. VI. Junii a suis æmulis crudeliter interfectus est in loco, qui dicitur Richinvelde. In ejus sepulchro multis corruscat miraculis.

Nicolaus Patria Bohemus frater Karoli IIII. Imperatoris sedit annis VIII. Hic a mandato Papæ ex commissioneque justitiam fecit de omnibus, qui interfuerunt occisioni, et morti causa Prædecessoris sui Bertrandi: aliquibus fecit caput amputari, aliquibus membra dividi, et sic morte turpissima mori. Hic cum

copioso

copioso exercitu amplexus est Patriam. Virilis, et audax in operibus suis. Ecclesiam suam, nec-non Patriam bene gubernavit, tandem mortuus, et sepultus in Utino in sepulchro Prædecessoris sui Bertrandi.

Ludovicus Patriarcha sedit annis III. Hic della Turre natione fuit, qui pro tuitione suæ Ecclesiæ a Duce Austriæ capitur, et quamplures Nobiles cum eo usque Viennam ducens, qui timentes sententiam capitalem clam recesserunt clam ad Patriam venerunt. Videns Dux quod illusus esset ab eis, dimisit et Patriarcham eumque sociavit usque in Patriam. Illo anno Dux obsedit Manzanum, et recepit eum, sed post recessum Ducis cum gente sua recuperatum est Manzanum et remansit in libertate.

Marquardus Patriarcha benignus sedit annis XXII Hic potens in opere et sermone Hic pro Ecclesia sua cum Venetis pluribus annis guerram duxit Illo tempore colligam fecit cum Dño Rege Ungariæ, cum Comite Croatiæ, cum Ianuensibus, cum Paduano et debellati sunt. Hic multa bona operatus est, quæ brevitatis causa obmitto Item idem Patriarcha fecit cooperire Ecclesiam Aquilegiensem S. Mariæ Virginis, et fecit eam multum bene, et pulchre ornare, quæ multis annis exstiterat ruinata, et plena vepribus, et urticis et pessimis herbis propter terremotum olim factum in conversione S. Pauli in MCCCLVIII. postmodum felici pace quievit anno Dñi MCCCLXXXI. die III. Ianuarii.

Anno Dñi MCCCLXXXI. tempore, quo sedes Aquilegiensis vacabat rectore omnis Patriæ turbata Terræ Castella. Populi petebant auxilium ab alto Dei consilio ut Deus omnipotens tribueret eis propugnatorem utilem, et tutorem. Sic divina providentia in re disposuit. Contigit, quod Dñus Apostolicus mitteret quemdam virum et Dñum solemnem videlicet Dñum Philippum de Alenconio Cardinalem ad partes Forijulii in Patriarcham et rectorem. Erat quædam rebellio, et partium dissensio scilicet Urbium, Terrarumque, et Oppidorum. quædam partes receperunt dictum Philippum in Patriarcham reverenter et festanter, quædam vero restiterunt, et renuerunt. Unde decretum fuit per eumdem Cardinalem et

per eius

per eius Concilium, quod omnibus verbo que Terrisque et villis sibi et aliis resistentibus imponeret interdictum. Sic etiam in Terra Utini, et aliis, et in confinibus, et complexibus suis. Et sic factum fuit, et positum interdictum omnibus respuentibus et nolentibus ei obedire tamquam Patriae. Illo anno, quo positum fuit interdictum regnabat valida pestis epidemia in terra Utini et in toto orbe, et decedebant in Utino in die plusquam C. inter diem plures, et incepit illa pestis de mense Martii et duravit per totum Augustum, et mortui sunt illo anno plusquam XXm. septimonium. Eo tempore erant quatuor, vel quinque Sacerdotes profani, qui celebrabant divina officia in faciem Ecclesiae, et cum illis quatuor vel quinque Sacerdotibus omnes mortui et sepulti sunt. Finita peste idem Philippus Cardinalis videns partes adversantes sibi, et nolentes obedire ei, quia in Commendam nolebant eum, sed si vellet deponere pileum, et accipere baculum Pastoralem Ecclesiae Aquilegiensis ipsi vellent ei obedire tamquam Patriae et vero Pastori. Sin autem non. Ipse autem renuens, et nolens deponere pileum sperans ascendere ad summum apicem, et eligi in Papam recessit a partibus Foriiulii et adhaesit Dno Francisco de Carraria Paduano. qui Franciscus dedit sibi pro Capitaneo quemdam Johannem Daz, qui veniens cum magna societate in Forum Julium cepit multas terras et castra et fortalitia, et intravit etiam Aquilejam in die Parasceven Ecclesiam violaverunt, derobaverunt, mulieres, homines ceperunt, trucidarunt et alia multa enormia in dicta Ecclesia, sive Civitate commiserunt et fere totas villas Forijulii cremaverunt, et duravit illa guerra ab ipsius inchoatione usque ad septennium. Tempore huius guerre Utinenses miserunt ad Dnum Apostolicum Urbanum VI. ad Civitatem Janue, rogantes eum, ut mitteret eis unum Pastorem et Patriam, et direxit eis unum Pastorem, sive Patriam Jerosolimitanum Legatum, et venit Utinum stetitque per annum unum, et postmodum recessit, et multa bona secum detulit. Sed paulo post Dnus Apostolicus direxit quosdam solemnes viros, et Dnos Legatos qui inquirerent per quas causas, et per quas personas

deperet

decrevit, ne predicto Dño Philippo Cardinali obediret tamquam Patri. Qui ut repugnantes redderent faciliores et promptiores ad concordiam et compositiones suspenderunt interdictum usque ad eorū beneplacitum, et absolutis illis profanis Sacerdotibus supradictis, canonici et alii Sacerdotes ceperunt celebrare divina officia, quod nolebant facere in faciem Sacerdotium illorum, nisi absolverentur. Post hec Dñi Legati iverunt Ungariam exponendo negotia sua coram Rege, prout a Sede Apostolica habuerunt in mandatis, quorum Legatorum unus ibidem mortuus est. reliqui revertentes et redeuntes ad partes Forijulii invenerunt partes adversas rebelliores, quam prius. Tunc denuo revocaverunt interdictum et litis major orta est. Tandem post longū spacium temporis compositio facta est, et promiserunt partes adversantes obedire dicto Dño Philippo Cardinali, et eum recipere in Patriarcā et receperunt eum sed duravit tempore curto. Unde Dñus Cardinalis videns se sic illusum recessit a Forojulii, et transfretavit, et ivit usque Paduā deinde Romam. Ibi inito consilio misit exercitū majorem prius, qui totam Patriam destruxit. Terramque Utini obsedit, et in summo discrimine posuit. Tandem Utinenses exeuntes fortiter cum suo exercitu de Utino miserunt in fugam aggressores occisis fere omnibus, et acceptis bombardis, machinis et balistis cum magna preda tenentes, habuerunt victoriam magnam, Deo sic volente, cui laus et gloria.

Finita guerrā, burgisque evacuatis, rebus amissis, villis crematis, famē, carestia flagellati, non valentes ulterius guerrām facere, videntes se deceptos ex utraque parte, concordiam fecerunt insimul et sic factum est, nunciōs ex utraque parte mittentes Dñum Apostolicum, sunt consulti ut mitteret eis unum Patrem, sive Pastorem utilem et benignum, qui acquiescens verbis et litteris eorū elegit unum virum videlicet Johannem de Moravia frater marchionis et frater Regis Bohemie non tamen legitimum sed spurium. Nuncii vero redeuntes cum gaudio, unanimes inebriati nunciaverunt, et omnes exultaverunt gaudio magno valde.

Johannes

Johannes de Moravia Patha Aquilegensis sedit annis VI diebus XI. Cum primum venisset in Forumjulii reverenter susceptus est in Patham. Tandem inimicitia orta est inter D. Patham et D. Federicum Nobilem militem de Savorgnano ex parte hominum conquerentium et accusantium Dnum Federicum et ex parte suae Noverce, que quotidie proclamationes faciebat coram dicto Dno: Patha, accusans eundem Dnum Federicum in multis, qui Patha eo quod erat de parentella dictae Novercae supradicti Dni Federici credidit, et assentivit verbis suis ambagiis, et res eo usque devenit, quod dictus Dnus Federicus una die in Capella sua per nonnullos homines perversos interfectus est. Vulgata ipsius morte illico in impetu furoris trucidata est ab Utinensibus super Platea Communis Utini Noverca ipsius Dni Federici. Tandem post temporis cursum interemptus est et Patha in Castro Utini ante portam ipsius Castri in anno MCCCLXXXXIIII die XII. octobris, et sepultus est in Utino in Ecclia majori ante altare majus clam et in nocte absque Sacerdotibus in sepulchro olim Pathae Nicolai Parentis sui.

Extincto Johanne successit Antonius de Gaëta Patha Aquilegiensis, qui ab ordinatione sua usque ad decessum eius sedit annis VII. Hic sanus consilii sed non corpore mamas mulierum sugebat propter infirmitatem, quam habebat. Malandrinos multos qui erant trans Lucentium dispersit et destruxit, et fortalitia eorum et propugnacula que habebant in nemoribus igni tradidit. Tandem Patha fit exosus omnibus, quia erat nimis avarus, et non expendebat large; sicut Predecessores sui. Vescebatur leguminibus cum aceto et sale et herbis crudis, et non dabat aliquod lucrum mechanicis, sed solummodo acumulabat pecunias, habens autem bursam plenam LX milia Ducatorum et ultra, cepit iter suum paulatim et venit Romam promittens redire, et non rediit, et ibi factus est Cardinalis.

Antonius de Portugruario Patha Aquilegiensis venit Aquilegiam sibe applicuit in MCCCCII die VIII. mensis Aprilis, et celebravit missam suam novellam

eodem anno

eodem anno in die S. Lucę Evangelistę, et frater eius D. Nicolaus clavedus eodem die duxit uxorem della Traitorna. Nunc ante idem Antonius erat Episcopus Concordiensis et erat valde dilectus Papę Bonifacio VIIII eo quod ipse fuerat servitor eius et ideo post recessum supradicti Antonii Gaetani elegit eum cum voluntate et consensu fere omnium Castellanorum, Civium, Dominorum, Prelatorum, omniumque hominum in Patria existentium et misit eum ad partes Foroiulii. Ipse fuit gratanter acceptus atque Separter et ei obedierunt usque dum voluerint. Sed non post multum temporis spatium aliqui Civitatenses indignati sunt spernentes eum atque dicentes: Cuius filius est iste? Filius enim pelliparii est. Ubi est nobilitas eius, ubi milites? Et sic premebant et stridebant dentes, et dicebant: Hic non facit justitiam nec judicium tenet, quare ergo debemus ei obedire ex quo non potest facere judicium et justitiam? Quid plura? Isti omnes adrebelles Sagam et unionem fecerunt invicem, mittentes edicta literasque Domino Apostolico, querimoniam super eo faciendo, false eum accusando in multis, Rogitando Dnum Apostolicum ut privaret eum et alium eis daret Patriarcham. Quibus auditis et intellectis eumdem Patriarcham citari fecit sub pena decem milium Ducatorum, quod si non compareret infra decem dies coram Domino Papa, quod ipse esset privatus a Patriarchali dignitate. Sed ad petitionem illorum Civitatensium et collegatorum eorum dedit eis unum Patriarcham similiter nomine Antonius, qui extiterat Episcopus Concordiensis, qui antevenient cum eodem Papa Gregorio sive Errorio et merito Errorio quia toti Mundo errorem concilit. et venerunt ad Civitatem Austrię. Antonius receptus est in Patriarcham eorum et ex voluntate et consensu Venetorum. Largitus est Patha Antonius de Portugruaro Utinensibus censum et proventus respondentes Camerę Patriarchali Civitatensi. et ipsi Utinenses eumdem censum et proventus sive afficium largiti sunt Venetis et ipsi Veneti largiti sunt illi Antonio Patha eorum quod censum ascendit ad summam mille Ducatorum, et sic pungebantur de afficibus propriis, et eorum

Patha

Patha. Hic nota, quod quando Patha Antonius de Portugruario vidit se ita accusatum antequam Papa Gregorius veniret ad partes Foroiulii misit literas et nuncios excusando se. qui Papa nollens audire literas nec nuncios intelligere misit eum citatum privari, eo quod personaliter non comparuisset coram eo. Sed divina potentia favente illo anno omnes Principes, omnes Barones, et omnes Magnati similiter et omnes Praelati totius mundi climatis uniti sunt ut generale fieret colloquium in Civitate Pisarum super facto scismatis diu regnante temporibus praeteritis videlicet fere XXXII. annis, et factum est, ut Papa Gregorius, qui putabat verus Pastor et Benedictus, qui putabat Antipapa uterque deponerentur et eligi deberet unus qui totius orbis esse deberet verus Rector, et Pastor. Appropinquante termino videlicet in Annuntiatione B. Mariae Virginis omnes Ambaxiatores omnium Principum, omnium Praelatorum pervenerunt ad dictam Civitatem Pisarum. Quorum numerus fuit usque ad summam XX. millium. Qui cum omnes ibidem convenissent Gregorius retrocessit, nec voluit comparere Synodo, sed verso tergo venit ad partes Foroiulii ad Civitatem Austriam in die Pentecostes cum quibusdam Cardinalibus et aliis de gente Regis Apuliae, et aliis multis Furlanis et Castellanis omnibus rebellibus dicto Pathae Antonio de Portugruario, utique stetit, et in magna reverentia tenebatur ab eisdem, et stetit in Civitate Austria usque ad Nativitatem S. Mariae Virginis, et recedente eo cum gente sua et aliquibus Cardinalibus non multis, sed tantum duobus. Gentes, sive stipendiarii dicti Pathae, et Utinensium insequuntur eos, eosque capiunt, morti tradunt, omnia bona eorum auferunt. Papa vero evasit solus cum quibusdam ceteri capti et depraedati fuerunt omnibus bonis eorum et volunt dicere aliqui, sive dicunt, quod idem Papa amiserat computatis omnibus plusquam LX. millia Ducatorum, et transfretavit usque ad Apuliam, et ibi permansit cum auxilio Regis Apuliae. Eo anno et MCCCCX. circa festum S. Johannis Bapte Cardinales, qui

tunc erant

tunc erant Pisis cum consensu et voluntate et deliberatione omnium, qui ibidem convenerant, et elegerunt in Summum Pontificem quemdam Cardinalem, qui prius extiterat Archiepiscopus Mediolanensis, cui impositum est nomen Alexander, postquam electus est in Papam. Privavit omnes adhęrentes Errorio et ei obedientes. Similiter excommunicavit Errorium et Benedictum, et omnes tenentes hęresim eorū. Antonium vero Patham confirmavit in pristinum statum suū in Patham. Et tunc idem Antonius Pathā videns rebelles nolentes ei obedire cepit guerram cum eis, et multa damna intulit eis et ipse econtra. Sed multa majora damna et pericula inimici eius pertulerunt. Benedictus vero, qui putabatur Antipapa resignavit et noluit vocari amplius Papa, et ivit ad partes suas. Eo vero anno mortuus est idem Alexander Papa in Civitate Bononiensi et ibi sepultus. Post mortem vero dicti Alexandri electus est in Papam Cardinalis Bononiensis cui impositum est nomen Johannes. Et idem Johannes confirmavit eumdem Antonium supradictum in Patham. Illo vero anno Civitatenses dederunt se Comiti de Ortimburg, eique adhęserunt cum omnibus collegatis suis et idem Comes venit in Civitatem Austriae plusquam cum ducentis equis, et cepit Montemfalconum, et imposuit gentem suam intus, et expulit omnes populares et majores exceptis quatuor, et obtinuit eumdem locū fere per duos annos, et plus. Similiter Carnea, Tulmetium, Glemona, Spilimbergh, Valvasones, S. Vitus, Brunera, Purcilius, Maranus et omnes trans Tulmentum obediebant illi Comiti tamquam vicario Imperatoris, excepto Utino Castello Propeh, Sacilo, et aliis paucis locis et villis, qui fere omnes fideles erant Dño Pathę propter invidiam Civitatensium.

Anno Dñi MCCCCX. die ultima Augusti incepit guerra inter Civitatenses et Utinenses. Nam antea nō habuerunt guerram ad invicem, sed tantummodo Pathā litigavit cum eis, et econtrario propter inobedientiam illorum rebellatorum, partium ad-

versantiū

verrantium. Nam idem Patha etiam bellatus est cum
inimicis suis fere per duos annos et plus antequam
Utinenses despoliaverunt Civitatenses, et duravit guerra
illa per duos menses integros hoc tempore. Die
X. Septembris Clemonenses cremaverunt villam
Terenti et domos Dñi Dogmi quas edificare fecerat
de novo, ipsas funditus ruinaverunt. In mense
Augusti antequam Utinenses despoliaverunt partes op-
positas Castrum de Fers captum fuit a gente Dñi
Pathe, et similiter Invanambucam et post paucum
temporis spatium quidam Longobardus proditor
existens tunc Capitaneus ejusdem Castri prodito-
rie foro et pretio mille Ducatorum tradidit eun-
dem locum Clemonensibus, et postmodum clam
recepit ad partes suas. Castrum vero Invanebuc
remansit in potestate et dominio Nob. viri et
valenti militis Dñi Tristani de Savorgnano,
et ipsum multum fortificavit, et tenuit pro se
Dñi vero et Domine ejusdem loci expulsi sunt, nec
fuit eis datum quicquam sed post adventum Dñi
Pipi restitutum est eis Castrum.

Anno Dñi MCCCCXI. die ultima Februarii expira-
verunt treuge inter utrasque partes, et decem dieb
post et die 11. Aprilis incepit iterum guerra. Item
die tertia Junii Civitatenses cum exercitu suo
aggressi sunt villam de Mortegliano, et villam Pur-
zuglii. Ibi die gentes Utinensium invenerunt in eis
et multi qui sunt parte ex utraque, et multi vul-
nerati, et caput sui exercitus Utinensium captus
est a Civitatensibus fere cum XX aliis et conducti
fuerunt ad Civitatem Austrie, sed post tres dies di-
miserunt eos remeare ad Terram Utini exceptis
Buriensibus, et aliquibus rusticis, quibus imposue-
runt compositionem sive Tajliam.

Item XXI. Julii facte sunt treuge inter Utinenses et
Civitatenses et partes adversas per X. dies causa re-
colligendi bladum quod in Campis et villis erat,
et die XXIII. Julii fuit magna tempestas in Utin-
no, et die precedente fuit magnus imber sive inun-
datio aquarum. Tunc prorogaverunt treugas de octo
in octo diebus, et de decem in decem usque ad penul-
timum diem Septembris. Civitatenses cum quibusdam
Hungaris, quos proditorie fecerunt venire in Terram
suam

tuam, quia omnis fere Patria sperabat pacem habere et nihil dubitabant, quin non esset pax. Civitatenses cum Ungaris illis iterum ad villam Morteglani iverunt, magnamque prædam fecerunt, villam cremaverunt, et abierunt. Montemfalconem deverunt, et ibi devoraverunt omniaque spoliaverunt. Deinde venerunt ad villam Pagnaci, eamque cremaverunt et derobaverunt omnia quæcumque potuerunt et abierunt. Et die octava Septembris Ungari illi venerunt ad portam Utini, quæ dicitur porta Aquilegiæ et multa animalia ceperunt, et ex Ungaris capti fuerunt quamplures et occisi, sed ex Utinensibus quatuor capti fuerunt, et unus acriter vulneratus.

Item die XIII. Octobris exercitus Civitatensium iverunt ad villam orbam Zuglianum Pasegliano sclavonicum et ibi aliqua animalia spoliati sunt et abierunt. Item die prima Novembris treguæ factæ sunt inter partes per XX. dies et die XXI. Novembris expiraverunt treguæ et sic ex utraque parte usque ad octo dies supersteterunt et non spoliaverunt. Item XXVIII. die Novembris applicuit ad partes Fori Julii exercitus Dñi Regis Ungariæ cum XI. milibus, quorum ductor sive caput erat quidam Florentinus nomine Pipo. Considerantes autem Utinenses non posse obsistere contra tam multitudinem magnam equitum armatorum proposuerunt fere omnes velle obedire Domino Regi Ungariæ tamquam Imperatori et deliberatione facta miserunt solemnes Ambaxiatores scilicet Dñum Michaelem de Rabatto et alios plures ad dictum Dñum Pipo, et ipse idem Dñus Pipo audivit et exaudivit eos et recepit eos ad obedientiam et facta est pax inter omnes partes Patriæ Fori Julii die VI. Decembris in die S. Nicolai Confessoris, cuius nomen sit benedictum in secula seculorum Amen.

Item die VII. Decembris venerunt Ungari fere ducenti et imposuerunt vexillum Dñi Imperatoris super Castrum Utini et posuerunt similiter in Castro Utini suum Capitaneum videlicet unum Theotonicum nomine Paulum, et reliquerunt eos

ibi, et abierunt

ibi, et abierunt. Nota hic, quod antequam appropin-
quassent gentes Dñi Regis Ungariæ Utinum, quod
Utinenses miserunt ad Venetos cum consilio Dñi
Tristani de Savorgnano, ut Veneti subvenirent eis.
qui responderunt, quod non possent eis dare subsi-
dium. Nuntii vero redierunt, et relationem suam
fecerunt. Et quia Veneti antea habebant omnia
loca et fortilitia trans Tulmentum pretio et adu-
latione comparata, videlicet Sacilum, totum Comi-
tatum Purciliarum et Brugneræ, Valvesoni, et
Spininberch, sperantes habere adhuc alia loca, ter-
ras et castra, et fortilitia quæcunque essent Ec-
clesiæ Aquilegiensis. Sed quia Deus superbis re-
sistit et gratiam dat servis suis, et humilibus,
idem Dñus Pipo cum exercitu suo subjugavit sibi,
et Eccliæ Aquilegiensi, usque dum veniret eundo
versus Patriã omnes Terras omnia oppida, Castra,
et Fortilitia, et omnes obedientiam fecerunt et si-
militer obedire Dño Comiti de Ortinburch tamquã
vicario temporali Dñi Regis Ungariæ imperato-
ri promiserunt. Postquam autem recuperaverunt
bona stabilia Ecclesiæ Aquilegiensis progressi sunt
ulterius ad partes Venetorum et receperunt mul-
ta fortilitia, et castra, et Terras, et pertransierunt
quamdam fossam manufactam a Venetis, et capti-
vaverunt, et lethaliter percusserunt omnes cus-
todientes istam fossam, et quia Veneti fecerunt
fieri eamdem fossam cum magnis expensis,
dubitantes id, quod contigit eis. Ungari vero cum
perspicacitate et robore obtinuerunt eamdem
fortilitia, et fortiter munierunt, magna dam-
na Venetis intulerunt. Hic nota, quod Dñus Tris-
tanus sentiens, et intelligens populum parvũ
sive magnum volentem obedire Dño Imperatori
sicut tenetur tota Patria Fori Julii. Videns ipse Tris-
tanus, quod si ipse permaneret in Terra Utini quod
ipse incideret in manus inimicorum eius, et
quia nolebat se subjugare inimicis suis, ideo clam
a Terra Utini recessit V. Decembris MCCCCXI. et
ivit Savorgnanum, et ibi permansit, post vero
paucos dies idem Dñus Tristanus positus est in
exilium cum tota parentela eius a Terra Utini
et deleverunt omnia arma eius et insignia et
laceraverunt ubicunque invenerunt vexilla eorũ

et voce preconia ipsum cum parentela sua pro-
clamaverunt, ne unquam aliquis de parentela
eius nec ipse deberet venire Utinum nec aliquis
deinde deberet mentionem facere de eo, nec emen-
dam quaerere de eo. Sed ipse spernendo inimicos
suos venit una noctium ad fossatum Utini die
penultima Martii in die Mercurii Sancti, et fe-
cit incidere sive rumpere spaltum per homi-
nes qui intrinsecus erant scilicet proditores Ter-
re Utini, et dimiserunt eos intus cum omnibus
illis qui cum eo erant; non enim erant decem
illi qui cum eo intraverunt. Nondum erat
dies, sed a duabus horis et plus, et ceperunt cla-
mare omnes. Vivat Imperator, et Comes de Or-
timburch et dominus Tristanus de Savorgnano. Illi
autem vispilliones proditores, spoliatores, homi-
cide, exules qui cum eo venerant, ceperunt vocare
Petrum, Paulum, et nomina quaecunque volebant.
Et surrexerunt multi mechanici et venerunt
cum eo in Plateam clamantes omnes. Vivat Im-
perator, Comes de Ortimburch, et D. Tristanus. Au-
dientes autem inimici eius, et fere totus popu-
lus perterriti sunt et vix audebant de domibus
exire, et fugerunt quamplures extra Terram
Utini quam citius potuerunt, et ipse Tristanus
jussit illis qui secum erant quod ipsi irent in do-
mos aliquorum inimicorum eius et auferrent
bona eorum, et sic fecerunt ut mandaverat eis.
Et fecit venire ad se quendam Antonium Solani
et interfectus est super Plateam Utini. Tandem
fecit depingere in una carta papiri insigne suum,
et posuit super Plateam Utini et fecit custodire
Plateam Utini cum armis, balistis, lanceis, scu-
tis cum insignis eius et fecit fieri novum Con-
silium et novos officiales imposuit. Et dixit quod
ipse volebat facere pacem cum inimicis suis
et quod omnes deberent intrare Utinum, et pacem
habere volebat cum omnibus et venerunt aliqui,
sed pauci. Postquam autem venerunt aliqui
dixit eis: Scitote quia pacem volo habere cum
omnibus, et obedire Dno Imperatori et eius Vicario
et si non creditis mihi mittam Ungaris duos filios
meos obsides, et fecit sic, tamen fraudulenter.
Ungari autem libenter receperunt eos in custodia

habuerunt

habuerunt, reservantes eos bene. Sed quia inimici eius indigne ferentes mala sibi illata non minus perspicaces consilium invenerunt in unum, et miserunt Saravallum ad gentes Dni Regis conquerentes super dictum Tristanum, quomodo ipse egisset. Indignati autem Ungari cum ceteris aliis Patrie Fori Iulii de tam magna proditione facta per Tristanum omnes unanimiter dixerunt. Eamus, et Terram Utini capiamus et ad saccomanum ponamus, et omnes proditores et Tristanum occidamus. Et venerunt cum magno exercitu equitum, peditum, curruum non remote a Terra Utini cupientes omnes ponere Terram Utini ad saccomanum. Sed quia Deus non derelinquit sperantes in eo, Utinenses miserunt Nuncios ad illas gentes, que jam prope terram Utini erant, et pacti sunt ad invicem, quod si Tristanus non recedat a Terra Utini, aut quod ipsi traddant eum eis, quod ipsi capient Terram et homines et omnia bona auferent et Tristanum mori trahent. Venientes autem Nuncii relatione facta dixerunt Tristano, quod non poterant ipsum concordare de proditione facta per eum, quod ipse Tristanus audiens hoc, et timens ne incurreret in manibus eorum circa noctis mediam exivit de Terra Utini cum quampluribus de Terra, et ivit Savorgnanum die octavo Aprilis. Boni autem viri et Nobiles mitigaverunt gentes illas et spopondierunt eis dare duodecim millia Ducatorum, et vinum et bladum, et alia necessaria, et sic factum est, ut venerunt in Terram Utini fere ducenti, et similiter omnes qui exiverant pre timore Terra Utini, quum intravit Tristanus. Et imposuerunt vexillum Ecclesie Aquilegensis super castrum Utini, et promiserunt omnes obedire Dno Imperatori, et iverunt iterum ad fortilitia eorum, que recuperaverant Veneti. Et in illis diebus venerunt Veneti cum exercitu suo fere cum sex millibus volentes similiter recuperare fortilitia

litia eorum et etiam volentes et cupientes tollere bona Ecclesię Aquilegiensis, sicut ante fecerunt, sed ipsi Ungari defendentes se viriliter victoriam obtinuerunt, quatuor bombardas eis abstulerunt, et ductorem seu caput exercitus Venetorum ceperunt, et multos alios captivaverunt, et ipsi Veneti terga vertentes transfretaverunt Venetias, ibique auxerunt exercitum suum, et iterum remiserunt aliquos ad partes Istrię, ut vastarent vites, olivas, et magna damna intulerunt illis de Mugla. Sentientes hoc gentes Dñi Imperatoris miserunt quamplures Theotonicos ad Istriam, et illi vastaverunt in triplo plus, et receperunt multa animalia, et magna damna Venetis intulerunt, et reversi sunt ad Terram Utini cum prosperitate, et lucro.

Nunc autem revertamur ad facta Tristani. Tristanus videns se ab inimicis eorum fecit rumpere aquam, et non venit aqua ad Terram Utini per octo dies, nec poterant molere, nec animalia in copia habere ad bibendum. Tandem Procuratores Dñi Regis miserunt nuntios ad Tristanum, interrogantes eum, cur rumpit aquam Terrę Imperatoris. qui respondens ait. Restituant mihi Utinum ablatum, et alia et ego dimittam eis aquam venire, aliter autem non. Audientes autem responsum ab eo, omnis Patrię turba, nec non gens Dñi Imperatoris, quod sic spreverat mandata, et omnibus obstitere velle, recuperaverunt aquam velit nolit ponentes custodes, et stipendiarios, ut custodirent aquam et similiter castrum Savorgnani, et fecerunt bastias, et obsederunt castrum, nec aliquis victum eis impenderet quia nec facerent. et voce prǽconia proclamaverunt quod quicumque in castro illo esset, si non exiret per triduum quod suspendio periret. Tristanus clam exivit Castrum, et perrexit usque Venetias, ibique ordinavit quęcumque potuit. Interim capti fuerunt in Terra Utini quamplures proditores

proditores, et suspensi sunt.

Tunc venit Tristanus in Forum Julium cum copioso exercitu Venetorum die XXV. Maii Cui dux sive caput fuit Karolus Malatesta de Rimino, qui finxit se esse vicarium Romanae Ecclesiae, et spoliaverunt multa animalia in Patria existentia, multasque segetes vastaverunt, et venerunt ad Savorgnanum et obtinuerunt bastias, quas fecerant Utinenses, et alii Patriae pro obsidione, et cremaverunt eas et omnibus manus amputaverunt quos in illis bastiis invenerunt, et pertransierunt fere per totum Forum Julii capientes homines, mulieres, parvulos quoscunque poterant invenire Aliquos morti tradiderunt et variis tormentis trucidarunt, quod nunquam fuit auditum ab adventu Attilae usque ad presens ita multa et enormia mala commissa in Patria Fori Julii et obtinuerunt multa fortilitia, et ea multum munierunt victualibus, et aliis necessariis, ut fuit Sedeglanum, Muzzana, Palazolum, et Portum Latisanae, et cremaverunt multas villas, et tulerunt iterum aquam Turrae Utini, et venerunt ad Portum Latisanae et ceperunt eundem locum Tandem venere in Patriam mille et ducenti Ungari, et primo recuperaverunt aquam Turrae Utini, et pertransierunt Tulmentum volentes contra inimicos suos debellare. Tristanus autem remansit in Patria in castris suis cum pluribus de Venetorum gentibus, et fecit metere segetes, annonas conducere in castra sua et homines quoscunque poterant capere, capiebant. Et non audebant vix exire extra Portam Utini pro timore, et tulit iterum aquam, et erat magna penuria aquae, eo quod non poterant molere, nec animalia poterant habere ad bibendum Et postmodum venerunt iterum plusquam octo millia Ungari et messe sunt multas segetes, et similiter spoliabant omnes homines, et mulieres quoscunque

que reperiebant, et dimittebant eos nudos abire, nec amicis, nec inimicis parcebant, et pertransierunt iterum Tulmentum, et pervenerunt ad alios Ungaros Tristanus viriliter duxit guerram cum inimicis suis, et cum omnibus hominibus totius Patriæ Fori Iulii. Tandem homines Patriæ elegerunt cum voluntate, et consensu Dñi Regis Ungariæ unum Patham Theotonicum qui dicebatur Dux Teck Ludovicus et spoponderunt velle ei obedire tamquam Pathæ electo sed non confirmato, et post confirmationem factam a Papa, et Bullis ostensis vellent omnes obedire tamquam vero Pastori. Et nota quod iste Dux Teck destruxit magnam pecuniæ quantitatem Romæ post recessum olim Antonii Caietani qui resignavit Patriam ut superius mentionem feci, et fecit dare idem Dux eandem pecuniam procuratoribus suis, ut procurarent pro eo ut eligeretur in Patham. Sed unus illorum Procuratorum procuravit tantum pro se, ut fuit Antonius Episcopus Concordiensis et electus fuit idem Antonius, ut superius dixi in Patham et idem Dux amisit pecuniam suam. Et quia idem Dux invite ferens injuriam sibi illatam non cessavit. Imo misit Comitem de Ortimburch cognatum suum ad Civitatem Austriæ, ut superius declaravi. Et anno Dñi MCCCCXI. resignavit idem Antonius de Portugruario officium Pastorale Ecclesiæ Aquilegiensis, et transivit Romam et ibi electus est in Cardinalem Aquilegiensem. Et vacavit Ecclesia Aquilegiensis usque ad electionem istius Ducis fere per annum unum. Sed non vacavit raptoribus, et devoratoribus. Multos enim habuit Patria devoratores, qui devoraverunt omnia bona totius Patriæ. Sic fuit Comes de Ortimburch Paulus existens in Castro Utini et multitudo Ungarorum et Venetorum, et aliorum predonum et rapilatorum, quia nunquam fuerunt tot latrones in Patria sicut istis temporibus, quia destructa fuit totaliter tota Patria cum Trevisana. Ini-

mici

mici autem Tristani precio et pretio magnam pecuniam pacti sunt cum quibusdam Ungaris fere mille, quod deberent obsidere Castrum de Aviis, quod erat dicti Tristani, et obsederunt ipsum, et nihil potuerunt facere, et reversi sunt in Terram Utini.

Antonius de Ponte Episcopus Concordiensis factus fuit Patha, et confirmatus per Dnūm Gregorium Papam, sed non habuit Patriarchatum in pace. Recessit, et ivit ad Romanam Curiam, ibique absque Patriarchatu et Episcopatu mortuus est.

Ludovicus Dux Teck fuit electus in Patham et confirmatus in Concilio Constantiensi, et electus fuit 1413. Sedit annis VII. Iste habuit guerram cum Dominio Venetiarum, ex eo quod prefatum Dominium volebat Dnūm Tristanum cum sequacibus suis reducere in domum suam, et volebat, quod bona eorum eis restituerent, et quod Dnūs Patha esset amicus amicorum suorum, et inimicus inimicorum. Et Dnūs Patha noluit hoc facere ad contemplationem aliquorum, qui habebant bona Dnī Tristani, et fratris et sequacium eius. Isto tempore homines S. Danielis furati sunt Varmum superius, et acceperunt Dnūs Bertaleum et Joannem Antonium eius filium. Mala morte eos occiderunt, et combusserunt Turrim ipsius Castri. Item dicto tempore Dominium Venetiarum habuit Saculum, et Dnūs Patha ivit in Ungariam et Civitatenses jam concordaverant cum Dominio Venetiarum, et rediens Dnūs Patha cum Ungaris fere quatuor milibus venit in Patriam, et ivit in obsidium contra Civitatem Austriam cum dictis Ungaris et cum tota Patria. Sed in Civitatem Austriam jam venerant gentes Dominii Venetiarum, videlicet Thaddeus Marchio, et ibi stetit Dnūs Patha cum dictis gentibus, et tota Patria diebus XXV. Postea recessit propter magnum frigus, et nives, sed devastate fuerunt vites quasi circum-

circa

circa Civitatem Austrie, posteà dicte gentes reversę sunt in Ungariam et Dñus Patriã cum eis. Demum prefatum Dominium posuit campum ad Pratam et cum habuit cum pactis quod Dñus Nicolussius, et Dñus Joannes de Prata haberent bona eorum salva, et habita Prata subito fecerunt comburere et aquam per ipsã Pratam posuerunt, et sic destructa est Prata, et est effecta silva. Item Dñus Tristanus de Savorgnano habuit tractatum cum aliquibus Civib. Utinensibus intrandi Utinum, et una nocte aperta fuit sibi porta S. Gotardi, et intravit cum gentibus Dominii Venetiarum, sed subito Populus surrexit, et eos expulit, ubi aliqui stipendiarii pedestres interfecti fuerunt; et squartatus fuit Thomas de Soncinis, qui dictos tractatus sciebat, alii vero fugerunt, et duravit guerra annis duobus cum dimidio. Postea per Utinenses facta fuit obedientia Ser.mo Dominio Venetiarum, quia Patria non veniebat ad succurrendum eis, nec mittebat auxilium. Et hoc fuit in MCCCCXX. Qua obedientia facta Comunitas Utini misit Ambasciatores ad prefatum Dominium Cives octo, qui manibus propriis bona ponebant in manibus prefati Ser.mi Dominii Venetiarum. Tunc gratiose recepti fuerunt, et dimissi in libertate, videlicet gubernandi prout faciebant tempore Patriarcharum in civilib. tantum non in criminalibus propter Civium discordias, volueruntque Veneti, quod omnia bona Dñi Tristani suorumque Sociorum redderent, cum hoc quod Comunitas annuatim redderet pecunias Civium qui emerant talia bona. Et ita factum est. Et sic facta est obedientia nemine mortuo vel leso. MCCCCXX. die VI. Junii intravit Dñus Tristanus, et eius sequaces Utinum et habuerunt eorum bona stabilia, vigore determinationis prefati Excelsi Dominii Venetiarum et tota Patria postea fecit obedientiam, licet aliqui

castellani

Castellani antea fecissent. Postea Dnus Ludovicus Patha mortuus est in Concilio Basileensi et factus fuit Patha Dnus Ludovicus de Padua existens Cardinalis per Papam Eugenium IV sed Dominium Venetiarum noluit sibi dare dictam Patriam usque ad 1445: quo tempore prefatum Ser.mum Dominium Venetiarum dedit ipsi Dno Pathe Aquilegiensi Sanctum Vitum, Sanctum Danielem cum pertinentiis &

Et successive de tempore in tempore ad 1420. pro majori parte fecerunt guerre, et discordie, dissensiones, et mortalitates. Tandem dominium Venetorum obtinuit Patriam nomine Beatiss.mi Marci Evangeliste, qui primus Patha in Patriam suam remeavit mittens suos magnificos gubernatores qui mirabiliter, et sapienter bene gubernant, et defendunt nos ab inimicis nostris, ponentes adjutorium pro nostra salute.

Fuimus in Pace per decem annos, scilicet usque ad 1430. Tunc venit Dnus Patha cum duodecim millibus Ungaris ad Rosaces, et ceperunt Rosaces, et Manzanum, et fecerunt campum prope aquam fluminis Natison et aliquando currebant per villam damnificando robando et rapiendo homines, et aliquando currebant prope Utinum, et si quos inveniebant capiebant eos, et qui erant Rosaces, et Manzanum, volentes se defendere capiebant eos, et incidebant manum unam pro qualibet com... sed Dni nostri Veneti fecerunt venire Utinum sex millia equitum armigerorum, et multas gentes de Tarvisana et aliquando exibant, et capiebant de Ungaris et ducebant in Terram Utini, et vendebant eos. Steterque campum ibi ad Manzanum circa tres menses et supervenit imber, et de mense Novembris recesserunt ad partes suas insalutato hospite. Tunc omnes de Patria simul et pariter de voluntate Dominii Venet. prostraverunt Manzanum ad terram in ruinam.

Et ex post fuimus in pace usque ad 1463. et eodem millesimo ceperunt iterum discordie in Tergestinos, et

illos de

illos de Mugla, et de Cavodistria Tandem Dominium Venetorum elegit multas gentes de Patria, et armigeros, et multos balestrerios de partibus, sive contratis circa Venetias, et posuerunt campum per Terram, et per mare, ubi steterunt per aliquod tempus, et multa mala intulerunt super Tergesto, et gentes eorum. Tandem facta fuit pax inter Dominium Venetorum, et Tergestinos, propter quod Dnus Papa Pius etiam faciebat guerram cum Dominio Venetorum super Dno de Arimano qui adherebat Dominio Venetorum. Tunc temporis Dnus Jacobus Marcello Locumtenens in Patria, et provisor in campo per Terram et Dnus Vitalis Lando provisor in mari potuissent capere Tergestum sed noluit Dnus Jacobus, quia habebat unum filium Tergesti qui erat Bannitus de omnibus Terris, et locis Dominii. Et inter paucos dies facta fuit pax etiam inter Papam, et illos de Arimano.

In isto tempore fuit Patha Dnus Ludovicus de Patria (Mezzarota) et in Romana Curia fuit residentia sua, cui Dominium Venetorum dabat sex millia Ducatorum, nec non Dominium Aquilegiense S. Danielem, et S. Vitum ultra Taliamentum.

Defuncto dicto Dno Ludovico Patha Paulus II. retinuit in se per aliquod tempus dictum Patriarchatum et postea factus fuit Patha Rdus Dnus Marcus Barbo Venetus qui Rome commorans per Episcopum Concordiensem, et Serrenavatem tamquam suos vicarios in Patria oves suas gubernavit, et a Lupo defendit.

In 1470 de mense Septembri sub...s in die B. Ursule Turchi cucurrerunt per Istriam, et rapuerunt multas gentes de Cavodistria et de Mugla, et de Tergesto, et multos de Corso abduxerunt in predam in partibus eorum, quasi quatuor millia virorum, quia cum esset tempus Vindemiarum multe gentes erant ad colligendam uvam, et dicti Turchi venerunt tamquam latrones, et fures currentes usque Sozanum super aquam Lisontii, et si non fuisset magna profunditas ipsius aque

cucurrissent

cucurrissent etiam in partibus superioribus circa
Lizontium, et recessereunt cum preda in partibus
Bosnie, ibi commorantes pro majori parte aut de
consensu Regis Ungarie, aut vi, quia dictus Rex
factus est inimicus Christiane Religionis prop-
ter pecuniam.

In 1472. dicti Turchi, et multi de Bosnia, Crovatia, et
alie pessime gentes tempore vindemiarum in-
travenerunt Patriam a parte superiori Josani tam-
quam latrones, et fures discurrentes per villas
et cremando, et interficiendo homines et mu-
lieres secum adducendo prope Aquilegiam et
usque ad Cormons hinc inde in multis locis et
aliqui parum cucurrerunt ad possessiones exper-
tinentias Burgi Aquilegie, et usque in tavellam
ville Baivarr recesserunt, et adduxerunt multos
in predam super paludem Montisfalconi per noc-
tes duas et post recesserunt a parte inferiori Mon-
tisfalconis cum preda eorum, et cum eorum exer-
citu, qui erant circa VIII. millia, ut asserebatur
per illos de Montefalcone.

Et Dni nostri Veneti fecerunt venire multas gentes ar-
migeras et plantaverunt Campum ad villam
campilongi et dum precursores Turchorum trans-
fretabant Lizontium armigeri nostri cum Pro-
visore Dnorum Venetorum arripuerunt fugam
versus Aquilegiam ad villam Cervignani et Tur-
chi ceperunt multos armigeros quorum aliquos
occiderunt et aliquos secum adduxerunt in par-
tibus eorum in predam, et rapuerunt nonnullos
de Unno, qui erant ad colligendas uvas hinc inde
per villas et aliqui juvenes volentes ire ad cam-
pum, et invenientes per vias Turchos perterre-
bant, et felices illi, qui potuerunt evadere de ma-
nibus eorum remeando, vel reducendo se in locis
securis. S. Bapta de Sbrogliavacca ibat piscibus tam-
quam si ivisset ad nuptias, et cum vidisset Turchos
perterrefactum nimis, et nescientem evadere
rapuerunt eum et adduxerunt eum in partibus
Bosnie, qui habebat in peram circa Ducatos cen-
tum, et ibi mortuus est in quodam monasterio
fratrum minorum propter infirmitatem illi
supervenientem

In 1472.

In 1472. Dñi nostri Veneti ceperunt facere quoddam fossatum magnum, seu rigarium juxta aquam Lisontii incipiendo à partibus inferioribus juxta maritima, et terminando usque ad Lucinins in itinere Goritie et laborabant circa VI. vel VII. menses per duos annos videlicet 1473. 1474. Et fecerunt venire multas gentes de Veronensibus Paduanis, Vicentinis, Trevisanis et de omnibus partibus Fori Julii et terris ac locis eorum Dominio subiectis. Erant aliquando VI. vel VIII. millea laboratorum qui semper laborabant, et faciebant multos Turriones et bastiones lignaminum et adduxerunt in Civitate Utini multas spingardas ex Venetiis, et fecerunt aptare super currus bigos adducentes cum equis in campis.

In 1473. de mense septembri dicti Turchi circumvenerunt in partibus Carantani et Carniolis super Dominio Dñi Imperatoris discurrentes hinc inde et multa mala faciendo, homines et mulieres occidendo; juvenes secum adducendo, et villas cremando, et nos in Patria eramus in nimia humiditate. Gentes villarum adducebant fugendo bona sua in Utinum, Civitatem austrie, et Montem falconem et in alia loca ubi eis videbantur esse secura. Et Dñi nostri Veneti fecerunt venire de novo multas gentes armigeras, ut et nunc Dnum Karolum de Fortisbrazio in Capitaneum et . . . .

Gentes Veronenses, Vicentini, Paduani et Trivisani ac de aliis partibus Fori Julii, et de Carnea et Cadubrio fecerunt suum campum per villas versus ripariam, et prope Lisontium, et steterunt ibi per duos menses pro majori parte aliqui steterunt per tres, aliqui per quatuor. Et inter eos fuerunt valde pessimi, qui frangebant Ecclesias, et auferebant que inveniebant villas cremabant, homines [illegible]debant, et adducebant secum mulieres et juvenes et multa alia mala faciebant depredando mercatores ita quod ab alicuius memoria nunquam fuerunt tam mali et nequissimi stipendiarii in Patria Fori Julii sicut ipsi fuerunt, qui utinam nunquam sint reddituri.

In 1474. de mense majo, et junio ceperunt venire adhuc

adhuc multi laboratores super dictum fossatum vel riparium et fecerunt eos laborare continue usque ad festum S. Martini et precognoscentes quod Turchi iterum volebant incurrere Patriam in fine mensis Augusti, et principio mensis septembris fecerunt venire dictum Dnum Karolum de Fortibrazio et multas gentes armigeras pedestres, scilicet Veronenses, Vicentinos, Paduanos, et Trivisanos et gentes de Patria Feudatarias, que Gentes de Patria erant divise per tertium, et quodlibet tertium serviebat per octo dierum spatium pro rata sua, facientes campum in collis circumstantibus Lisontium et in dicto fossato vel riparo. Unde scientes et cognoscentes Turchi quod erant multe gentes parate ad debellandos eos, si venissent, non curaverunt venire in partibus istis, sed incurrerunt super Dominiis Federici III. Imperatoris et multa mala intulerunt suis subditis, et redierunt in partibus Bosnie cum preda eorum. Et steterunt nostri stipendiarii ad campum usque ad festum S. Simeonis, et Jude Apostolorum de mense octobri. Et postea stipendiarii nostri recesserunt de campo unusquisque ad loca sua sibi dessignata in partibus Fori Julii pro majori parte, quoniam supervenerunt pluvie et imbres, ac etiam ne in toto consumarent pauperes rusticos.

In 1475. Domini nostri Veneti fecerunt adhuc venire multas gentes Veronenses, Paduanas, Tarvisanas ac Vicentinas ad laborandum supra dictum fossatum vel riparum. Et fecerunt unam Bastiam in capite Pontis Lisontii versus Gortiam, ubi jam manent aliqui stipendiarii pedestres ad guardandum dictum Pontem &

In eodem anno venit strenuus miles et Doctor Dnus Vitalis Lando noster Locumtenens valde benevaenibus, qui nunquam desinebat se otiosum in equitando et providendo ea que necesse erant hinc inde, et imposuit silentium stipendiariis super

latrocinia eorum.

In eodem millesimo videlicet 1475. in die Veneris Sancti, vel in die Jovis perversi Judei habitantes in Tridento cum multis aliis de partibus circumstantibus furaverunt unum puerum Christianū etatis annorum duorum cum dimidio nominē Simonem, et cruciffixerunt eum cum magno et maximo martyrio. Tamen illud scelus pervenit ad aures justitiç, et rapuerunt circa XVIII. vel XX. Judeos, et mulieres et pueros eorum, et retinuerunt in carcerem aliquibus diebus et postea in necem tradiderunt eos aliquos decollando Quo per juris justitiam ordinatum fuit.

Unde ille Beatissimus Martyr in regno et gloria Dei Patris congaudet cum sanctis Angelis, cum sanctis Martyribus Innocentibus et Confessoribus qui confessi sunt mortem Dñi nostri Jesu Christi. Quo circa omnipotens Pater cum Sapientia Filii et clementia Spiritus Sancti Paracliti multa et stupenda miracula ac beneficia meritis Beatissimi Simonis prestita sunt super cecos, qui illuminati sunt, super mortuos suscitatos, super claudos erectos, super infirmos curatos. Et alia multa fecit signa, ut patet manu fidelissimorū Notariorum eiusdem loci optime opinionis Et ideirco multe gentes circa jacentes concurrunt ad visitandum illud sacrum corpus tam magnis signis decoratū, videlicet Veronenses, Vicentini, Brixiani, Mantuani, Patavini, Tervisani, et Forojulienses.

In eodem millesimo 1475. malitia, et sagacitas perfidorum Judeorum de Tridento conduxerunt unum Cardinalem ex Curia Romana usque ad Tridentum ea intentione, ut videret corpus Martyris pueri Simonis, et auferret ab eis. sed cum hoc non posset facere propter multitudinem populi excitatam adversus eum pervenit ad Veronam cupiens diffamare dictum martyrem, prout cepit, et fecit. Sed ecce Dei judicium ad defensionem martyris. Ibi insurrexerunt pueri Veronenses in magna multitudine

titudine et rapientes lapides injiciebant contra
dictum Cardinalem ita et taliter, quod eum inter-
fecissent, si non fuissent Gubernator, et alii ma-
gni Domini. Qui statim fugam arripuit et insa-
lutato hospite rediit Romam. Iste Cardinalis fuit
debitor a maledictis Judæis per pecunias, ut eos
excusaret a scelere eorum. Sed illic nullus eorum
amplius habitabat scilicet in Tridento, nec pos-
sunt plus habitare propter scelus commissum su-
per puerulo illo parvo, et adeo consecrato. Amen.

Ludovico Scarampo sive Mezzarota successit Marcus
Barbus ~~[illegible]~~, qui Patriarchatum obtinuit a Pau-
lo II. e Patricia Venetorum gente, vir moribus pla-
ne, ac litterarum peritia conspicuus. Hic fuit
creatus Antistes Tarvisinus anno 1455. Ecclesiæ
Aquilejensis possessionem continuo non adiit, eo
quod ejus consilio, industria, et opera in Legatio-
nibus Apostolicis, arduisque negotiis utebatur
Paulus II. patruus; sed eam Ecclesiam guber-
nandam suscepit per Antonium Feletrum Concor-
diensem, et Andream Ferentinatem Episcopos.

Narrant aliqui scriptores hunc Patriarcham Collegio
Cardinalicium adscriptum esse circa annum
1464. Sed hoc monumentis certis non constat,
nisi quod Cardinalitiæ dignitati fuit sublimatus

Anno 1471. adiit sedem suam Aquilejensem, et ha-
buit eo tempore auxiliares Episcopos, qui in A-
quilejensi Provincia munera Pontificalia exer-
cebant

Concilium provinciale suorum Episcoporum celebra-
vit, in quo plura sancivit ad Ecclesiasticam di-
sciplinam resarciendam, Ecclesiarumque sta-
tuendam tranquillitatem

Meritis plenus vita functus est anno 1491. die 6.
Martii, cujus epitaphium extat apud S. Marcum.

Post obitum Barbi expostulatus fuit in Patriarcham
Nicolaus Donatus; non enim Venetorum Pa-
trum Senatus voluit Hermolaum Barbarum
approbare, a summo Pontifice sponte electum

ad Patrie

cum Patriæ leges Sacerdotiis cooptari Cives vetarent, qui Legationem Romæ obirent, sicuti fuit de Hermolao Barbaro

Huic tamen dignitati minime cessit Hermolaus, eoque vitam agente, administrandam suscepit Aquilejensem Ecclesiam Jacobus Valeressus vir Patricius, Episcopus Justinopolitanus.

Eodem Barbaro vita functo Patrum Venetorum Senatus Romam literas dedit die 29. Julii 1493, ut electionem supradicti Nicolai Donati apud Summum Pontificem Alexandrum VI. qui Innocentio successerat, plurimum commendatum haberet. Votis Senatus annuit Pontifex, prefecitque Donatum Aquilejensibus Patriarcham;

Nondum sequente anno 1494 incepto Patriarchatus possessionem Donatus adierat, qui die 12. octobris Civitatem, et Ecclesiam Aquilejæ ingreditur laudes eius oratione pro meritis celebrante Jacobo Gordino Archidiacono, et Canonico ejusdem sanctæ, et Metropolitanæ Aquilejensis Ecclesiæ. Hæc oratio extat in Lib: typis impresso, cui titulus *Monumenta Ecclesiæ Aquilejensis*, a P. de Rubeis conscripto.

Sedem posuit Donatus ad Civitatem Austriæ ad minuendas expensas, ut ait Bellonus, quem loci delectum ægre Utinenses tulere.

Obitus Donati accidit die 3. Septembris anno 1497. de quo in Archivo Capituli Civitatensis hæc habentur: *Reverendissimus D. Nicolaus Donato Patriarcha Aquilejensis obiit die III. Septembris MCCCCXCVII. et sepultus fuit in Choro ante Altare S. Bartholomæi.* In elegantissimo templo, quod in sequente sæculo completum est Patriarchæ sepulchrum visitur in sublime positum supra majorem portam: ac duo sequentia Epigrammata leguntur. Primum est:

Hic decus est Venetum Donatæ, et gloria Gentis
Nicoleos Præsul, clara Aquileja tuus.
Jure sacro, pietate nitens, virtuteque secunda,
Moribus, eloquio, religione, fide.
Lustra, decemque duo, et quartum vixerat annum

quam mæste

Quarta mense cadit, proh dolor! imperio.

Alterum Epigramma est

Praesulis hoc tumulo venerabilis quiescunt
Nicolai, prisca simplicitate senis.
Certior ut fias Donatae gloria gentis
Et decus antiquum religionis erat.
Justitiae cultor pius, et miserator egenis
Te quoniam meritis nunc tenet astra: vale.

Nicolao Donato sufficitur Dominicus Grimanus Venetus Patricius, quem per litteras apud Alexandrum VI. Pontificem Senatus commendatum habebat, Cardinalium collegio jam cooptatum. Hic dignitatem Patriarchatus abdicavit in gratiam Marini nepotis, eo successu ut qui per alterius cessionem subrogabatur, Ecclesiae possessionem adiret eamque administraret, eoque praemortuo, regimen reassumeret qui cesserat. Pertinet tum abdicatio Dominici, tum Marini successio ad annum 1517. ~~26. Mensis~~ Maii.

Solemniter Utinum ingreditur Marinus anno 1524 ultima die mensis Octobris frequentia populorum stipatus cunctis civium ordinibus, Magistratibus spectatissimis, Clero et Episcopis Joanne Argentino Concordiensi, Joanne Grimano Cenetensi, Daniele Rubeo Caprulano, Paulo Burgascio Nimosiensi et Jacobo Nordeo Urbinate. Majorem adit Ecclesiam, ubi mula, cui insederat cum phaleris, f bono datur Utinensibus.

Morem Marinus induxit, quo Patriarchae primo ad Civitatenses ingressu ante fores Ecclesiae Cappam magnam exuentes eam illis tradunt. Quem morem servarunt et adhuc servant Patriarchae successores.

Extant tamen documenta Marinum non induxisse sed morem hunc renovasse. Etenim simile quidpiam factitatum legimus in solemni Patriarchae Nicolai I. ingressu.

Anno 1527 ornatissimus hic Antistes a Clemente VII. sacra purpura decoratus fuit die 3. Maii, et anno sequenti publice denuntiatus.

Apud Summum Pontificem Clementem egit Patriarcha Marinus, ut ipso abdicante se regimine Patriarchatus cum regressu Marco Grimano fratri Ecclesia Aquilejensis traderetur. Annuit Pontifex anno 1529. die 16. Aprilis.

sed Marco

Sed Marco Patriarcha præmortuo ob regressum, quam habebat Marinus, iterum Ecclesiæ Aquilejensi præficitur. In solatium defuncti fratris facile obtinuit a Paulo III. Romano Pontifice, ut fratrem alterum Joannem se ipso abdicante cum eodem regressu Aquilejensem Patriarcham renunciaret

Moritur tandem Marinus ornatissimus Præsul Urbeveteri anno 1546. die 24. Septembris fractus dolore ob usurpationem Civitatis Aquilejæ ~~cum~~ ab Austriacis factam

Possessionem Aquilejensis Ecclesiæ adeptus est Joannes frater Marini, hujus nominis VI

Daniel Barbarus subrogatur cedente Joanne cum regressu

Infausta regiminis initia fortiter Joannem Patriarcham turbarunt. Invaluit enim suspicio corruptæ doctrinæ, qua ille pollutus esset, a qua suspicione se se liberavit, ipsumque declararunt insontem Patres Tridentini. At iterum exorta procella, ob hæreses grassantes optimum Antistitem summo animi mœrore affecit. Quam ob causam renuntiatus non fuit S. R. E. Cardinalis, nec palium a Summis Pontificibus Paulo III, Julio III. et Pio IV. fuit concessum

Error, qui Joanni imputabatur, circa electionem Prædestinationem ad gloriam versabatur, quem errorem vulgavit quidam concionator in Collegiata Ecclesia Utinensi. Hæc omnia fusius et eruditione plena invenies apud P. de Rubeis in Lib.° superius citat.

Tandem Romæ suis thesibus expositis et explanatis innocens et catholicus declaratur

Daniel Barbarus Coadjutor Aquilejensis Electus præmoritur. Joanni, qui sibi Coadjutorem Aloysium Justinianum præmuniat

Paulus Byzantius Catharinus Episcopus totam Provinciam ipsius Patriarchæ nomine perlustrat, et visitat. De qua visitatione commonet per Literas Joannem Patriarcham, a quo missus fuerat. et paulo post ipsemet Joannes Synodum indixit primum Aquilejæ, deinde Utini celebrandam.

Adversos habuit cohibuitque Aquilejenses et Civitatenses Canonicos de priore loco inter se disceptantes.

Synodus ergo celebrata fuit anno 1584. et ejus sessionibus, et actis interfuit Cæsar de Nores Episcopus Parentinus hinc temporis visitatoris Apostolici in Aquilejensi Diœcesi munus perfungebatur

Quingenti

Quingenti clerici convenere, adfueruntque Archidiaconus Carinthiae, Abbas Ortistanensis, Praepositus Ebrendorffensis, Abbas Sitticensis, itemque Lostronensis. Plures alii defuere impedimentis detenti.

Anno 1585. Joannes Patriarcha negotiis expeditis Roma redierat, Sedem suam adiit, ibi honestissimeque solemni ingressus pompa Civitatem Utini.

Aloysio Justiniano Coadjutore e vivis sublato, munus hoc a Sixto V. Pontifice Francisco Barbaro fuit demandatum, qui ut Clementis Papae VIII. admonitiones Joannis Patriarchae partes expleret, totam Dioecesim lustravit, gregem invisit, perfidiamque Lutheranae haereseos pro viribus cohibuit, et profligavit. Quae omnia ut feliciori exitu consequeretur litteras dedit Pontifex commendatitias ad Ernestum Archiducem.

Dum haec ab eodem Francisco Administro egregie praestabantur, Joannes mensis plenus anno aetatis suae 92. obiit in Dno 1593. die 3. Octobris et tumulo datus fuit Venetiis in S. Francisci de Vineis. Orationem elegantissimam habuit in eius funere Fabius Paulinus Graece et Latine doctus.

Legatum a pientissimo Antistite relictum fuit, quo certa pecuniarum summa Majoribus Utinensi et Civitatensi Ecclesiis ad sacras vestes commendas tribueretur. Item pensio legata singulis annis eroganda duobus optimae indolis adolescentibus, quorum alterum Utinense Concilium, alterum Civitatense eligere debeat, ut annuo subsidio accepto commodiorem in Gymnasio Patavino vitam ducerent, naviterque litteris, et scientiis operam darent.

Sedem Aquilejensem a Joanne relictam conscendit Franciscus Barbarus in urbe Aquilejae possessione accepta. Sed primum visitationi Dioecesis inceptae finem imposuit, de qua Clementi VIII. rationem reddidit.

Utini peracta fuit solemnitas ingressus Francisci anno 1594. die 10. Aprilis, pauloque post, nempe die 25. ejusdem mensis et anni, in Civitatem Austriam profectus est, ibique de more Pontificalem cappam reliquit.

Perlustrata Provincia vigilantissimus Pontifex Synodum

celebrandi

celebrandi Diœcesanam habuit in votis, quam in Oppido S. Danielis convocavit et tenuit. Decertabant inter se Canonici Civitatenses, et Utinenses de primatu loci in prædicta Synodo, de qua dissidio extant litteræ Rmi D. Patriarchæ.

Coadjutorem expostulabat Franciscus Hermolaum fratrem, ejusque postulationem admisit Clemens VIII Pontifex.

Synodum Provincialem Utini convocat, et celebrat Patriarcha Franciscus, ad quem interfuerunt sequentes Episcopi: Georgius Pennensis, Cæsar Parentinus, Michael Vincentinus, Jacobus Feltrensis, Claudius Polensis, M. Antonius Cenetensis, Albertus Famagustanus Coadjutor Veronæ, Marcus Paduanus, Aloysius Comensis, Aloysius Tarvisinus, Joannes Justinopolitanus per Procuratorem Franciscum de Prampero, Antonius Æmoniensis per Procuratorem Horatium Businum Æmoniensem, Matheus Concordiensis per Procuratorem Valerium Trappola a Colloreto, et Episcopus Bellunensis per Procuratorem Gasparum Pinellum. Tergestinus Episcopus non adfuit Synodo, sicuti nec Tridentinus, quem inter Purpuratos adlegerat Pius IV.

Aliam Synodum Diœcesanam celebrat Franciscus Soniæ, quæ typis Utinensibus impressa fuit.

Ædes Patriarchales construxit, quas successores instaurarunt auxeruntque. Seminarium itidem fundavit, ubi Provinciæ ac Diœceseos Clerici tyrocinium pietatis posuerunt, et ponunt in præsenti.

Meritis tandem cumulatus fato cessit Franciscus mense Aprili anni 1616. Sepultus jacet Patriarcha eximius Utini in æde S. Antonii Abbatis prope Palatium Patriarchale.

Francisco Barbaro successit Hermolaus frater hujus nominis Secundus. Integritate morum, Religionis zelo, studio pietatis, ac Pastorali sollicitudine excelluit. Fratrisque virtutes visus est æmulare. Vita cessit Venetiis anno 1622. die 22. Decembris. Utinum ejus ossa in ædem S. Antonii anno 1673. delata sunt ac inlata in Francisci fratris sepulchrum.

Antonius Grimanus hujus nominis IV, qui Hermolai fuerat Coadjutor in Patriarchatu successit

Torcellanam antea regebat Ecclesiam, pluribusque legationibus egregie functus est. Ecclesiæ metropolitanæ Aquilejensis + accepit per Procuratorem Carminum Episcopum Cremonensem anno 1622.

+ possessionem

Solemni consueto ingressu in Civitatem Utini, Civitatemque Forijulii adivit Patriarcha, ibique Cappam magnam Civitatensibus reliquit. Hoc tantum signatur sub anno 1625.

Synodum Diœcesanam celebravit in Ecclesia S. Antonii Abbatis circa annum 1627.

Mortem obiit Venetiis ornatissimus Præsul anno 1628. die 26. Januarii hora 11. Spem successionis simulque Patriarchatum conscientis ab Urbano VIII. datis litteris indeptus est Augustinus Gradonicus hujus nominis II. Civitatem Forijulii ipse adivit Pontificali cappa juxta morem deposita, et relicta anno 1628. die 21 mensis Junii.

En hujus Patriarchæ elogium: Augustinus Gradonicus Patriarcha Aquilejensis Cretensem insulam sub Clemente VIII. a quo una cum Julio Sabello utriusque signaturæ referendarius est renunciatus, modeste rexerat. Feltrensem sub Paulo V suavissime gessit, quos inter Patriam et Romanam Curiam difficillimis illis temporibus invenerat. Urbano VIII. quocum quadriennio vixit adeo se probavit, ut ægre divulsum in Aquilejensem sedem mireris Pontificii solii assistentem designatum et Decumanique quæstorem. Hisce Pontificibus probatus plurimis sancte peractis Ecclesiastico jure sarto tecta Elogia, quæ antecessoribus suis tam in Feltrensi, quam in Aquilejensi Aulgis paravit, ipse meruit. Obiit Patavii dum curaretur die 26. Septembris 1628.

In Veneto tamen S. Zachariæ templo, ubi jacet tumulatus, hæc leguntur: Augustino Gradonico Patriarchæ Aquilejensi Andreas Frater. Ob. anno Dni MDCXXIX. die 25. septembris. In tabulario Provisorum salutis ad diem 26. Septembris anni 1629. obitus Augustini refertur.

Marcus Gradonicus sed alia ex familia Patriarchatum obtinuit. Insulæ Cretensis pro Veneta Republica Ducem agebat Marcus, cum ipsum administratorem sibi dari postulavit decessor Augustinus, concreditæque Ecclesiæ solum anno 1633. possessionem adiit, quam Utini in Ecclesia majori collegiata recepit eodem anno 1633. die 31 Maii Procuratore delecto Gaspare

Leonico

Leonico: Sacræ Theologiæ, et Juris utriusque Doctore.

Moritur hic Patriarcha optime meritus de Ecclesia anno 1656. die 16. Februarii. Hieronymum fratrem sibi adsciverat ille Coadjutorem, Episcopum Madaurensem, inde Famagustanum. Eodem anno die 22 Februarii Ecclesiæ possessio datur Hieronymo in Ecclesia majore collegiata Utinensi. Ingentis expectationis Præsulem sustulit improba mors insequente anno, undecimo Patriarchatus mense.

Eodem quo ad infulas Aquilejenses evectus fuerat anno 1656 sibi Hieronymus Gradonicus sibi Administrum expostulaverat Joannem ex Delphina gente virum eximium. Votis eius die 22. Junii factum satis ab Alexandro VII. qui datum Coadjutorem Tagastensi in Africæ infidelium partibus Episcopatu insignivit. Is a clericali militia, quam a puero professus fuerat, rei domesticæ curis avocatus, via patefacta ad honores Patriæ dignitatesque Joannis habitis inter Proconsultores tertii et medii ordinis, reditque cum Patribus in Senatu. Severas coluit humanioresque musas latinas et Græcas pertractans, divini humanique juris laurea decoratus, pluribusque scriptis operibus clarissimus. Commentarios composuit morales et politicos in Cornelium Tacitum et in Sallustium; itemque dialogos Philosophicos, eodemque de argumento Carmina. Panxit etiam Tragœdias, deque Tragœdiis dialogum scripsit.

Coadjutor ab Hieronymo Patriarcha postulatus ad clericatum rediit: ipsamque Patriarchalem Ecclesiam post obitum eius administrandam suscepit, inita Utinæ possessione anno 1658 mense Januario. Consueto ingressu honore eodem anno die 22. Aprilis Utinenses affecit traditique Forojuliensibus pro more Pontificalem cappam die 4. Septembris eiusdem anni. Diœcesim perlustravit vigilantissimus Pastor ut gregem sibi commissum inviseret deduceretque ad Pascua æterna: habuitque Synodos Diœcesanas anno 1660. et 1669. quas idem Patriarcha memorat in Edicto de vita et honestate Clericorum anno 1699. die 30. Maii typis vulgato, saluberrimis decretis refertas.

Inter purpuratos Romanæ Ecclesiæ Patres ipsum Alexander VII. adnumeravit anno 1667. die 7. Martii in ultima Cardinalium enunciatione. Titulum Presbyteralem Sancti Salvatoris in Lauro a Successore Clemente IX obtinuit, quem progressu temporis cum

Diaconia

Diaconia Sanctorum Viti et Modesti commutavit.

Assumpti Patriarchatus initio administrum adscivit juxta morem Danielem fratrem natu minorem, quem Philadelphiensibus infulis anno 1659 die 22 Februarii decoravit Alexander VII. Morte sublato Daniele, coadjutor datus est Joanni litteris Apostolicis anno 1698. die 16. Martii nepos eius ex fratre Dionysius Lorensium Antistes in partibus Infidelium ab Innocentio XII. declaratus.

Non diu post anno videlicet insequente 1699. die 19. Julii vitæ metam attigit Joannes Venetiis in Sancti Michaelis de Murano apud majores tumulo datus. regimenque Dionysius Patriarchalis Ecclesiæ capessivit, eodem anno per selectum Procuratorem inita in Ecclesia Utinensi possessione: solemni ingressus pompa Civitatis honestavit Utinensium et Forojuliensium: stetitque concesso Forojuliensibus privilegio, tradita eidem Pontificali capa anno 1700. die 2. Maii. Diœcesim obivit pluries perlustravitque, gregem invisit in parte Caduhii Œnipontano Magistratui subiecta. Diœcesanam Synodum indixit, celebravitque anno 1703. Mense maio, diebus 22. 23. et 24. in Utinensi Basilica D. Antonio Abati sacra. Vigilantissimi Pastoris laudes celebrant haud unquam peritura monumenta, Clericorum disciplina adservata Sacrarum Virginum Gynæcea ad communem vivendi normam redacta, Salesianæ Moniales in oppido S. Viti exceptæ, erectus in S. Danielis ad levamen pauperum Mons pietatis, Utinensis Collegiata Ecclesia reparata magnifice, ampliatæ Patriarchales ædes, ornatissima Bibliotheca a fundamentis ædificio erecto ad commune commodum instructa, aliaque præclarissima gesta.

Eidem Patriarchæ, qui Coadjutorem in arduo munere postulaverat, lubens indulsit Innocentius XII. deditque Marcum Gradonicum Tilopolitensi Episcopatu insignitum anno 1699. die 22. Augusti. Sedem is Veronensem obtinuit anno 1714. die 1. octobris, gessitque postea Patriarchales infulas Venetiarum. Novum Dionysio dedit Clemens XI precibus eius annuens, administrum nepotem ex fratre Danielem, quem simul Antistitem Aureliopolitanum renuntiavit in partibus: anno 1714. 26. Decemb.

vitam

Vitam sedemque ingenti cunctis gregis dolore ac luctu, Dio-
nysius Patriarcha amisit anno 1734. die 13. Au-
gusti. Successit, jacturamque resarcivit electus Da-
niel, quem hujus nominis II. numeramus post
Danielem Barbarum qui Aquilejenses infulas,
Joanne Grimano cedente cum regressu gestarat.
Administrum regiminis adsciverat Bartholomæum
Gradonicum, quem Romæ commorantem Clemens
XII in utraque signatura Referendarium ac Præ-
latum domesticum renunciaverat. Patriarchæ vo-
tis benignas aures præbuit Pontifex, ipsumque Gra-
donicum electum Coadjutorem Thyatiræ Episcopa-
tu insignivit eodem anno die 18. Septembris.

Daniel igitur Patriarcha regimen Aquilejensis Diœce-
sis adsumpsit multisque pro bono ejusdem fuit
perfunctus laboribus. Die 21 Novembris an. 1734.
solemni pompa Utini Civitatem ingreditur et
in Eccla majori cunctis præ gaudio exultantibus
possessionem indeptus est. Non multo post Aus-
triæ Civitatem adivit, ibique Pontificalem capam
in ingressu ipsius Ecclesiæ, sicuti Prædecessores
sui relinquendo pignus amoris nec non bene-
volentiæ erga Civitatenses suæ voluit esse testatū.

Diœceseos in partibus Venetorum sitæ populos gregis
sui portionem, gaudium et coronam invisit
et ad multa incomoda quæ humanæ vi conditi-
onis ac Diabolicæ fraudis irrepserant forti a-
nimo ac paterno benignitatis affectu occurrit
emendavitque vigilantissimus Pastor. Quæ om-
nia, ut facilius ac efficacius impostenum du-
ratura obtineret perlustrata Diœcesi Synodum
Diœcesanam indixit, eamque in Eccla D. Anto-
nii Abbatis prope Palatium suæ residentiæ
celebravit, atque persolvit anno 1740. diebus
21, 22, et 23.+ Ad quam Synodum Aquilejensis + mensis Augusti
Venetiis clerus, exceptis Civitatensi et Utinen-
si Capitulis propter locorum dispendium et diffe-
rentiam frequens convenit. Extant acta
Synodalia Utini typis Joannis Baptæ Fongari-
ni jam usque nunc semel et iterum impressa.

Porro merita hujus præclarissimi Antistitis apud Ro-
manum Pontificem Optimum Max. Benedic-
tum XIV. satis perspecta fuerunt, quorum
intuitu, ac remuneratione idem Pontifex Be-
nedicti

nedictus cum Cardinalitia dignitate titulo S. Mariæ supra Minervam donavit anno 1747. die 10. Aprilis.

Ut autem erga gregem suum pastoralis officii, et vigilantiæ zelo faceret satis alteram suæ Diœcesis visitationem instituit anno 1745. qua visitatione populo sibi comisso non parum utilitatis attribuit concionibus, privatis allocutionibus, exhortationibus correptionibus, nec non Xnæ doctrinæ saluberrimis exercitiis.

Insuper Ecclesiam majorem Collegiatam Utinensem pene a fundamentis reparatam liberalitate ac munificentia ~~[illegible]~~ Nob. Veneti Patricii Comitis Ludovici Manini summa animi exultatione ac religione consecravit Dominica secunda post Pascha anni 1735.

Verum his omnibus pietatis suæ præstantissimis monumentis alia permulta, et ob ingentes expensas adhuc majora opere pretium erit ut conjungamus. Et quidem imprimis Cœnobium Sacrarum Virginum in hac Utinensi Civitate sub regula S. Dominici de S. Catharina Senensi olim pauperculanum nuncupatarum a fundamentis erexit, quod sanctis ordinationibus, constitutionibus, ac consuetudinibus sapienter ac provide communivit. Domum Sacerdotibus Congregationis Missionis, quos paulo ante in hac urbe concionantes audire voluit magno cum animarum fructu pariter a fundamentis extruxit. Ecclesiam Parrochialem, ut nunc est, et visitur, in oppido S. Viti prope Tilaventum Principatus sui partiali districtu propriis sumptibus reparavit, auxit, et dicavit. Ædes etiam Patriarchales ampliavit ac reddidit commodiores. In Ecclesia Presbyterorum Congregationis S. Philippi Neri Utini propter pavimentum stratum lapide, in cujus medio sibi tumulum adhuc vivens paravit duo Altaria marmorea cum aliquibus argenteis ornamentis dono satis munifice construxit. Propterea

in Ecclesiis

in Ecclesia Majori Collegiata Utinensi altaria duo, SS. Redemptoris Monialium Mantellatarum altare unum itidem erexit et ad majorem Dei sanctorumque suorum pientissime dedicavit.

Silentio hic pręterimus non inconsulte quas expenderat copiosas in sublevandis alendisque pauperibus cujuscumque status et generis eleemosynas. Dicant hoc idem Virgines humanis auxiliis destitutę in sacris ędibus Monialium Deo propriis expensis consecratę. Dicant nobiles periclitantes sanctis nuptiis in Matrimonio honeste collocatę. Dicant quamplures familię indigentia et pudore erubescentes subsidiis abundantius sustentatę. Dicant inopes orphani mendicantes victu ac vestitu quotannis refecti. Dicant. Sed quid opus est singula omnia hic speciatim recensere? Hęc inquam, cum luce meridiana sint clariora, omnibusque habentibus oculos elucescant non inconsulte silentio pręterimus.

Hęc inter divinę religionis ac munificentię opera pro viribus hujusce Antistitis pietas versaretur anno 1750. nova exorta procella sed acrior multo superioribus pręcedentibus sęculi super Patriarchatus sui Patronatum Serenissimam hancce Rempublicam inter, ac augustissimam Domum Austriacam animum suum, dummodo invictum perfectique roboris fortiter turbavit, commovitque.

Luctuosa horum negotiorum series, tractatus conventiones ac gesta in alio libello fideli manu data opera habentur proprio idiomate exarata ad quem, ut Lectorem tędio nunc ne afficiamus, seu ut verius extra chorum ut dicitur ne in pręsens ducamus ipsum cogitantem remittimus.

Oppidi S. Viti consilium nobilitate donavit anno 1751. quamplures adducendo familias generis claritate pręclaras, inter quas enumeratę fuerunt Castra Salvaroli, Zoppolę et Prodoloni, nec non prohibendo quotquot antea extiterant ruricolas suburbanos aliosque hujus generis, idest infimę plebis homines nullo prorsus stemmate condecoratos, ut imposterum acrius et felicius consummarentur et meliorem existimationem, approbationem et laudem apud sapientes rationabiliter consequerentur.

Militia universe Patrie Fori Julii
tempore D. Ludovici Patriarche
1360

	Et primo D. Patha	Elmos	XXXII.	Bal. VIII.
	D. Episcopus Concordien	El.	VIII.	Bal. II
	Capitulum Aquilejen.	El.	X.	Bal. II.
Pro Prelatis	Abbas Belluniensis	El.	II.	Bal. O.
	Prepositus S. Stephani	El.	IIII	Bal. I.
	Monasterium majus Aquil.	El.	II	Bal. II.
	Abbas Rosacensis	El.	III.	Bal. I
	Abbas Mosacensis	El.	III.	Bal. I.
	Abbas Sextensis	El.	IIII.	Bal. I
	Capitulum Civitatense	El.	X.	Bal. II.
	Monasterium majus civitatense	El.	I.	Bal. I
	Capitulum Utini pro Prepositura S. Odorici	El	I	Bal I
	Prepositus Carnee	El.	I.	Bal. O.
Pro Castellanis	Pratta	El	V	Bal. IIII
	Purliliis	El	VI.	Bal. IIII.
	Puluncum	El.	IIII.	Bal. IIII.
	Avianum	El.	I.	Bal. I.
	Mons regalis	El.	I.	Bal. I.
	Maniacum	El.	IIII.	Bal. I.
	Pinzanum	El.	I	Bal. I
	Toppum	El.	I.	Bal. O.
	Spegnimberch	El.	VIII.	Bal. II
	S. Vitus	El.	II.	Bal. I.
	Strojivacca	El.	II.	Bal. I.E.
	Laurenzaga	El	I.	Bal. I
	Salvarolum	El.	I.	Bal. I
	Meduna	El.	O.	Bal. II.
	Azzanum	El	O.	Bal I
	Gricarum	El.	I.	Bal. O
	La Frattina	El.	II.	Bal II
	Flagonea	El	I	Bal O.
	Villalta	El.	I.	Bal. II
	Cavoriacum	El.	I.	Bal O
	Ursinpergum	El.	II.	Bal I
	Faganea	El.	II	Bal I

monasterio

	Morutum et Tricanum	El.	V.	Bal. IIII. ad uno dexterio
	Brazzacum superius et Brazzacum inferius	El.	I	Bal. I.
	Fontanabona	El.	I.	Bal. I.
	Colloretum	El.	VI	Bal. IIII.
	Mels	El.	II.	Bal. II.
	S Daniel	El.	IIII.	Bal. II
	Pers et Susanum	El.	I.	Bal. I.
	Ragonea	El.	I.	Bal. I.
	Prampergum	El.	II.	Bal. II.
	Caporiacum	El.	I.	Bal. O.
	Arrenea	El.	O.	Bal. I.
	Vendoium	El.	I.	Bal. O.
	Buja	El.	I.	Bal. I.
	Attemps	El.	II.	Bal. II.
	Cucanea Portisium et Valvasonium	El.	X.	Bal. VI.
	Strasoldum	El.	IIII.	Bal. II.
	Manzanum	El.	II	Bal. I.
	Budrium	El.	I.	Bal. I.
	Castellum et Tarcentum	El.	III.	Bal. II.
	Varmus superius	El.	II.	Bal. I.
	Dethalmus de Varmo inferiori	El.	O.	Bal. I.
v	Zeglianum	El.	O.	Bal. I.
	Cergneum superius	El.	O.	Bal. I.
	Cergneum inferius	El.	I.	Bal. I.
Cōmunitates	Aquileja	El.	I.	Bal. I.
	Utinum et Savorgnanum	El.	XXXII.	Bal. VIII
	Civitas Austriæ	El.	XII.	Bal. IIII.
	Glemona	El.	VI.	Bal. IIII.
	Monsfalco	El.	I.	Bal. I.
	Tulmetium	El.	II.	Bal. O.
	Sacilum	El.	II.	Bal. II.

vel 25. pedites.

Canipa

Canipa — — — El. — I. — Bal. 0
Vocterum
Ecuart, et } — El. — I. — Bal. 0
Luingis
Venzonum — — El. — IIII. — Bal. II.
Maranum facit pedites
Zoppola facit — El. — I. — Bal. 0.

(S. N.) Ego Simon Not.s de Lovana civis Utinensis publ. I. A. N. ex commissione mihi facta prout inveni in notis olim S. Ioannis Notarii f.ii q. Gubertini de Novate de Mediolano tempore D. Ludovici della Turre Patr. Cancellarii accopiavi et me subscripsi & sequitur etiam ibi alia similis, diversi tamen temporis.

1366.

Vocati ad primordialem Missam parte R.mi in Xpto Patris Dñi Dñi Marquardi Dei gratia sanctae sedis Aquilejensis Patriarchae dignissimi die Dom.co 19 Aprilis in Aquilejensi Eccl.a celebratam cum clanodiis, et aliis

Imprimus referunt suffragia Dnorum Episcoporum suffraganeorum aliorum Dnorum magnatorum Prelatorum, Alemannorum Prelatorum cum Clero intrinseco, Communitatum Fori Iulii et Marchionum Istrie, que omnia omittuntur, exhibita Dno Patriarche.

Sequuntur postea Nobiles de Patria ForiIulii V.S.

Pratta Dnus Manfredus unam taciam
— Alii Domini unam magnam cuppam cum pede.
Porcilee Torcium unum cum Den.
Polcenicum torcias quatuor cum Den.
Villalta Dnus Meynardus de Villalta torcium unum cum Den.
Castellum unam cuppam magnam sine pede.
Strasoldum Heredes Dni Henrici torcium unum cum Den.
— Gabriel et Bernardus cereos tres cum Den.

Spegnimbergum

Spegnimbergum unam cuppā sine pede.
Avianum Cereum unum cum Den.
Maniacum.
La Frattina Cereum unum cū Den.
Salvarolum.
Laurenzaja.
Strozevacca.
Valvasonum D. Simon unam cuppā sine pede.
Azzanum
Varmum.
Toppum.
Tricanum.
Colloretum D. Simon de Colloreto cereum unū cum Den.
——— D. Joannes cereū unū cum Den.
Mels.
Pers.
Cavoriacum.
Moruzum.
Cerneum.
Ziacum.
Brazzacum superius et inferius.
Fontanabona cereum unum cū Den.
Faganea Cereum unum cum Den.
S. Daniel Cereum unum cū Den.
Tricesimum.
Cramperzum cereum unum cū Den.
Pertistagnum.
Attemps.
Cucanea D. Odoricus unam cuppam sine pede.
Budrium.
Manzanum Guarnerius et Pantaleo cereum unum cū Den.
Vendojum.
Ragonea.
Zoppola.
Caniza Comunitas cereos duos cum Den.

Sequuntur alii Dñi et personę

Suprascripta constant manu S. Joannis de Susannis q.m S. Odorici Not.ii q.m Andreę de Utino in 1366. omnia tamen in filcia quadam straordinaria Bertoni Senioris Not.ii

Gratia

Gratia Ill.mi Dominii Veneti Castellanis Patriæ 1300.

Conceditur militibus Clericis Castellanis, et Dominabus de Forojulio quod ab eis non auferatur Dacium de pannis, quos de Venetijs acceperint ad faciendas vestes, et insuper omnia Dacia insueta si quæ noviter imposita sunt in præjudicium, et gravamen hominum Patriarchatus Aquilejensis; D. Dux, et Comune Venetiarum remiserunt ex gratia, statuentque super hoc, quod antiqua consuetudo debeat observari et hoc reperitur in lib.o Pactorum Cancellariæ majoris signato dicto lib.o 4. in instrumento notato ad C. L.XXI

D.nus Dux concessit et Comune Venetiarum Militibus Castellanis, clericis, et Dominabus de Forojulio, quod non accipiatur Dacium de pannis, quos de Venetijs acceperint ad vestes faciendas.

LVII. Quod militibus, Castellanis, clericis, et Dominabus de Forojulio non accipiatur dacium pro pannis &

1445.

Quod Nobiles Provinciæ conserventur in jurisdictionibus, et antiquis consuetudinibus

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum Nobilibus, et Sapientibus viris Delphino Venerio de suo Mandato Locumtenenti Provinciæ Forijulii, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. In Litteris nostris datis 13. præsentis mensis, quas vobis scripsimus super quadam lite, seu differentia, quæ esse videtur inter aliquos fideles nostros occasione cujusdam. X.me in villa S. Odorici jurisdictionis Capituli Utinensis in civilibus, in conclusione diximus, quod adhærentes opinioni vestræ deliberavimus, quod in quibuscunque alijs casibus, et causis, in quibus aliqui tam clerici, quam Laici petere vellent, aut agere contra aliquem Laicum vos essetis judex, et cognitor, et jus faceretis, si vero aliquis contra clericos agere, vel petere vellent, irent ad superiores suos. quoniam actor sequi debet forum rei, sicut in illis

nostris

nostris Litteris continetur, nunc vero auditis iis, quæ pro parte Capituli Umnensis nobis exposita sunt de jurisdictione et superioritate, quam dudum habuit et habet in ipsa villa in Civilibus per privilegia, constitutiones et antiquas consuetudines illius Provinciæ, sicut habent plurimi alii Prælati Nobiles et Comunitates Provinciæ in variis locis et villis, vobis iterum scribimus, et declaramus, quod intentio nostra est, sicut prædicat, quod si clerici vel Laici agere vel petere volunt contra clericos vadant ad Superiores suos ita quod actor sequatur forum rei intelligendo tamen, quod propter hoc non contrafiat, nec derogetur juribus, privilegiis, et jurisdictionibus dicti Capituli Umnensis aut aliorum Capitulorum, Prælatorum Nobilium vel Comunitatum illius provinciæ, sed volumus quod immo ipsi in eorum juribus, Privilegiis jurisdictionibus, et antiquis consuetudinibus conserventur, quibus vigore illarum Litterarum nostrarum volumus aliquod præjudicium generari

Dat. in Palatio nostro Ducali die 29. mensis Aprilis Ind.e 8. 1445.

1. 4. 4. 6.

Quod Nobiles Provinciæ in antiquis juribus et consuetudinibus conserventur.

Franciscus Foscari Dei Gratia Dux Venetiarum Nobilibus et Sapientibus viris Mattheo Victuri de suo Mandato Locumt. Provinciæ Forijulii et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Quamquam certi reddamur quod omnes fideles nostros Provinciæ in eorum antiquis juribus et consuetudinibus observetis, tamen ad requisitionem Egr. fidelis nostri Phebi della Turre ad præsens Capitanei Pisini, qui nunc fuit ad præsentiam nostram mandamus vobis, quod ipsum, seu suos in jurisdictione Putei illius Patriæ conservetis, nec permittatis contra ipsum aut suos contra eius jura, et antiquas consuetudines aliquid innovari.

Dat. in nostro Duc. Palatio die 20 Maii Inde. 9. 1446.

1 4 6 8.

Quod solus D. Locumt.s sit Iudex
Nobb. Castellanorum.

Cristophorus Mauro Dei Grãa Dux Venetiarum Nobb. et Sapientibus viris Angelo Gradenico de suo mandato Locumt.i Patriæ Forijulii, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Pro parte Nobb. Castellanorum Patriæ Forijulii Nobis expositum est per Nob. D. Aloysium de Attimis, quod licet ex privilegiis et consuetudinibus suis non possint, nec debeant trahi ad aliud judicium, quam ad Tribunal vestrum, et ita hactenus servatum sit, et sic sit mentis nostræ sicut etiam apparere debet in commissione vestra. Attamen nonnulli diversis exquisitis coloribus, et per vias indirectas conant ipsos Castellanos ad aliena judicia trahere. Ideo mandamus vobis expresse, ut penitus provideatis cum effectu omni exceptione remota plenissime serventur privilegia, et consuetudines dictorum Castellanorum, ac illis nullatenus aliquo exquisito colore directe vel indirecte contraveniatur, et pro bona executione huius nostræ constantissimæ intentionis, et mentis servare omnes illos modos, qui convenientes prudentiæ vestræ videbuntur, ne supprascriptis contrafiat ullo modo.

Dat. in Nrõ Ducali Palatio die 27. Augusti Ind.e p.ma 1468.

Receptæ die 19. Septembris 1468.

1 4 7 2.

Aliæ Litteræ similes.

Spectabiles et Egr. Amici charis.mi Conquestum est apud officium nostrum parte attinentiis Ven. D. Rizzardi de Strasoldo Canonici Aquilejensis, quod diem superioribus diebus se recepisset in Utinum a quodam Thomasio de Lombardo cive Utini fuit percussus in pectore, et de

dicto

dicto casu coram vestro Tribunali videtur quod ex-
peditio ejus impeditur. quoniam fere Comunita-
tem illam uliri instare quod per Capitaneum
vestrum et alios deputatos debeat expediri contra
ordines et mandata Ducalia. et consuetudinem
hactenus observatam quoniam casus et causae Cas-
tellanorum et Nobilium Patriae audiri, et exped-
iri debent per vestrum Tribunal tantum. Petitio
perinde fuit per Nos supra praemissis debite provi-
deri, sicut in similibus solitum est observari. qua-
re habentes petitionem eorum esse honestissimã,
et juri consonam quoniam satis notissimum
est Nobis quod Locumts. ibius Patriae in casibus in
quibus interveniunt Nobiles et Castellani Patriae
praefati justitiam continue ministravit et sic per
Ducale Dominium alias extitit declaratum. I-
deo ex officio nostro Vestras requirimus Spectabi-
litates quatenus nullatenus permittatis, quod
Capitaneus vester, ac deputati se impediant in
casu ipso sed Vos viris videndis et audiendis audien-
tis justitiam et jus ministrare sicut condicio ca-
sus expostulat omni cum celeritate sicut etiã
certi reddimur pro vestra intelligentia facietis

Joannes Morenico et) Advocatores Comunis
Vitalis Lando Doct. et miles) Venetiarum.
Ult. das die 22 Nov 1472

Spectabb. et Egregg. Viris D Benedicto Venerio ho-
norab. Locumti Patriae Forijulii, et successoribus suis.
Receptae die 26. Nov. 1472.

1 4 7 8.
De taleis fiendis per Castellanos et Comunitates.

Joannes Morenico Dei gratia Dux Venetiarum
Nobb et Sapientis viris Joanni Emo Militi de
suo mandato Locumti Patriae Forijulii fideli di-
lecto salutem et dilectionis affectum. Significa-
mus vobis, quod heri in nostro Consilio Rogato-
rum capta fuit pars tenoris inpraesentiarum ut fa-
cit pro nostro Dominio consideratis periculis sta-
tus nostrae Patriae Forijulii ob assiduas invasiones
Turcorum. providere per omnem viam et modũ
quod in dicta Patria in omnem eventum habea-
tur ibi quam major numerus Equitum et Pedi-
tum

rum, qui possibiles sit pro obstando viribus inimicorum. Cum itaque reperiantur in dicta Patria nonnulli Castellani, et Comunitates, qui, et que obligate sunt dare ad omnem casum, et necessitatem mittere ad omnem ordinem, et mandatum nostrum, vel Rectorum nostrorum dicte Patrie, certum numerum tam equitum, quam Peditum causa pheudorum suorum a nostro Dominio habitorum, prout patet in actis, et scripturis Cancellarie nostre Utini. Et post taleam, et taxas predictorum factas, et descriptas per serenissimum Principem Nostrum tunc Locumtenentem dicte Provincie, nulla amplius facta fuit descriptio, que necessario fienda est. Vadit pars, quod scribatur, et mandetur Locumtenenti Nostro presenti, quod immediate facere seu fieri facere debeat descriptionem, et taleam omnium suprascriptorum Castellanorum et Comunitatum obligatorum ut supra. Qua talea, et descriptione facta precipere eis omnibus debeat nostro nomine quod se ponat in ordine et in puncto, ita ut ad omne ejus mandatum ire, et equitare possint quo sibi fuerit expeditum secundumque fuerit opus, et prout ipsi tenentur quare auctoritate predicti nostri Consilii Rogatorum mandamus vobis, quatenus suprascriptam partem, et omnia in eo contenta observare et observari facere et exequi inviolabiliter debeatis.
Dat. in Nostro Ducali Palatio die 18. Januarii Indict. XII. 1478.

1 3 3 5.

Parlamentum Rmi D. Bertrandi Patriarche occasione Belli Veneti.

In Nomine Dni Amen eiusdem Nativitatis millesimo trecentesimo trigesimo quinto Ind. 3. Infrascripta facta sunt in colloquio generali celebrato Utini per Ven. Patrem et D. D. Bertrandum miseratione divina Sancte sedis Aquilejensis Patriam die 4. mensis Julii

In quo

In quo interfuerunt infrascripte notabiles persone
in sala inferiori Castri et Palatii Patriarchalis

D. Gulielmus Decanus Aquilejensis.
D. fr. Ludovicus Abbas Sextensis
D. fr. Gubertus Abbas Mosacensis.
D. Guido Decanus Civitatensis
D. Eusebius Canonicus Aquilejensis.
D. Gulielmus Canonicus Civitatensis.
D. Odoricus miles
Simon eius filius
D. Thomasutus
Thomasutus eius nepos — de Cucanea
D. Hector de Utino miles
D. Articus miles de Prampergo.
D. Jacobus miles de Cormono.
D. Gulielmus miles de Ungrispach
D. Joannes
D. Odoricus
Meynardus — de Villalta
D. Nicolaus de Ragonea
generaliter Bortolus de Pers
Mr Joannes Physicus
Mapheus Nots — de Aquilegia
Mr Odoricus Not.s
Henricus de Carnia — de Utino
D. Hermagoras Comes de Hortemberg
D. Rainerius de Pincerna de Vesniz
D. Philippus de Portis
D. Asquinus
D. Vicardus — de Colloreto
D. Federicus de Monito
D. Ricardus de Tricano
D. Conus de Strasolto
D. Galvanus de Maniaco
D. Joannes de Rivarotta
D. Durissius de Varmo
D. Bettus de Savorgnano
Bossius de Melso
Mathiussius
Henricus
Nicolaus — de Spilimbergo
D. Arnoldus
D. Nicolaus — de Brazzaco.
Nicolussius de Attimis
Contardus Bojanus
Ulvinus de Canussio
Philippus D. Odorici Long.
Henricus — de Civitate

Gubertus

Gubertus de Novate Nots
Santus Brugnus Nots . . . . . .
Et alii tam clerici, quam Laici de Comunitatibus subditis, et senioribus Eclesie Aquilejensis in magna, et copiosa multitudine ad hoc specialiter congregata: Propositis igitur per dictum D. Patham prudenter, et provide sermonibus suis super his, propter que dictum colloquium fuerat congregatum ss. propter guerram, quam faciunt et movent Dux, et Comune Venetiarum Ecclesie Aquilejensi tam in partibus Istrie, quam in partibus Forijulii, ac etiam propter spolia, oppressiones, et damna, que cum exercitu infert, et inferre minatur eidem Eclesie super Terra Sacili. Dnus Ricardus de Camino superius dixit, quod omnes sint viriles, et probi ad defendendam Patriam, et libertatem suam. quesitum fuit more solito ab omnibus, quid consulebat, et quid videbat agendum. Consultum fuit, et deliberatum, et provisum ibidem ab omnibus unanimiter nemine discrepante, quod omnes Liberi, Ministeriales, habitatores, Comunitates, et servitores universi Ecte Aquilejensis constantes sint viriles, et probi, cum pugnarent pro justitia, et Eclesia Dei ac B. Virgine Maria Matre et Domina sua ad sequendum vexilla Eclesie Aquilejensis, et personam dicti D. Pathe, qui personaliter corpus suum, et bona quecunque habet in Mundo se obtulerat expositurum pro defensione Patrie, pro defensione libertatis, pro defensione justitie, et bonorum suorum, ne in servitutem cadant, et miseriam perpetuam, et quod omnes sint parati equis, et armis cum impositionibus suis, et quod non venientibus imponatur certa pena per dictum colloquium, que penitus, et omnino exigi debeat, et nullus relaxetur a pena predicta.

Preterea

Præterea dictum fuit per D. Decanum Aquilejensem prædictum nomine D. Patriæ, et sui consilii, quod cum res hujusmodi propter pericula imminentia expeditionem requirant, factæ erant quædam provisiones per D. Patriam, et consiliarios suos super modo et ordine servandis in guerra et defensione prædicta, quas audire deberet, ut si Colloquio placeret, procederent sin autem fierent super prædictis prout melius eidem Colloquio videretur, quæ tales sunt.

Imprimis quod die Veneris proximi post missæ celebrationem D. Patriæ equitare debeat ad terram Quadruvij cum gente sua, et Curiæ Aquilejensis, ita quod ibi sit bona hora, et deinde visa gentis suæ quantitate procedatur prout suo consilio videbitur. Item quod tota Terra Forijulii sit divisa per quinterios, sive in quinque partes hoc modo.

Primus quinterius sit Civitas Austriæ cum toto eo quod est inter fluvium Turris et Iudri, et cum tota Sclavonia et collibus et hujus quinterii Capitaneus sit D. Philippus de Portis pro primo mense tantum et consiliarii sui sint D. Joannes de Cucanea, et Hermannus de Attemps.

Secundus quinterius est Civitas Aquilejæ cum Dominio Montisfalconis, et cum toto eo quod est subtus stratam altam usque ad Tulmentum et hujus quinterii sit Capitaneus D. Nicolaus de Castello, et ejus consiliarii sint D. Henricus de Strasoldo et D. Paleas de Varmo pro primo mense tantum, tam Capitaneatus, quam Consiliarii suo de simili duraturi.

Tertius quinterius est Terra Utini cum toto eo quod est citra fluvium Turris et Iudrium et citra stratam altam usque Colloretum, Mels, Pers et S. Danielem exclusive et usque Tulmentum, et hujus quinterii Capitaneus sit pro primo mense ut supra dictum est D. Federicus de Savorgnano et consiliarii sui sint D. Odoricus de Villalta, et D. Federicus de Montis.

Quartus quinterius sit Terra Glemonæ cum Tarcento, et quidquid est ultra Colloretum, Mels, Pers et S. Danielem inclusive, et cum Carnea, et Canali clusæ,

et hujus

et hujus quinterii sit Capitaneus D. Articus
de Prampergo modo predicto pro primo men-
se, et Consiliarii sui D. Asquinus de Colloreto,
et D. Coradella de S. Daniele.

Quintus quinterius sit totum id, quod est ultra
Tulmentum, et hujus quinterii sit Capita-
neus pro dicto tempore tantum unius men-
sis D. Gregorius de Spilimbergo, et Consiliarii
sui sint D. Enyatea de Porcileis, et Nicolaus
de Prata.

Qua quidem ordinatione divulgata quesitum fuit
ab omnibus de dicto Colloquio, si placeret di-
ta ordinatio, et quid eis videbatur, et tunc singu-
li interrogati more solito dicentes et respon-
dentes ordinationem predictam bonam, et uti-
lem esse, et ipsam vigore totius Colloquii ap-
probaverunt, et confirmaverunt. Petito deinde
per ipsum D. Patriarcham quid videbatur agendum,
et quali pena puniendi essent illi, qui subditi
sunt Ecclesię Aquilejensi, et in tanto negotio
inobedientes essent D. Patriarchę: ordinatum fuit,
et firmatum, quod privati sint proprio, et feu-
do, et contra bona eorum procedatur, ubicumque
illa inveniantur, et quod ex tunc feratur senten-
tia contra illos tales, et sic sententiatum fuit
per omnes interrogatos more solito nemine
discrepante, quod quicumque non venerint
et non affuerint D. Patriarchę pro predicta defensio-
ne, seu qui inimicis astiterint consilio, vel fa-
vore publice, vel occulte ex nunc privati sint
sine aliqua citatione, vel requisitione et feu-
do, et pro rebellibus habeantur de cetero Aquilejen-
sis Ecclesię, et ad perpetuam memoriam et
confusionem, et ruborem eorum tamquam
proditores Ecclesię Aquilejensis depingantur in Pa-
latiis Patriarchalibus Aquileję, Civitatis, Glemonę,
et Utini; et quod nullę preces pro eis audiantur,
nec admittantur et quod omnes de Colloquio asta-
bunt D. Patriarchę ad mandandum sententiam hu-
jusmodi executioni, salvo ordine Prelatorum
ibidem existentium super damnatione personali
talium

taliam predictorum, et sic omnes de Colloquio predicto juraverunt agere et perficere tactis sacris scripturis ad sacra Dei Evangelia.

Ordinatum fuit etiam ibidem tunc, et firmatum per totum Colloquium, quod deficientes in mostra, et equitatione predicta juxta impositionem unicuique datam quicumque fuerint, si eques sit, sibi pena aliis imposita per Colloquium, quod deficientes in mostra, et equitatione predicta juxta impositionem unicuique datam quicumque fuerint, si eques sit, sibi pena aliis imposita per Colloquium auferatur, si vero pedes fuerit pro prima die, quo non inveniatur in exercitu perdat viginti denarios, et deinde singulis diebus, quibus non invenietur, perdat pro qualibet die octo denarios, ad quas penas exigendas omnes de Colloquio promiserunt per fidem eorum assistere D. Patriarche predicto.

Quibus sic peractis idem D. Patriarcha illos de Arcano ad se vocavit quoniam erant ibidem scilicet Dominum Bizzardum de Tricano, et Federicum de Moruzio et alios tres, ad quos spectat portandi banderiam Ecclesie Aquilejensis et exercendi officium Marescalchi in exercitu dicte Ecclesie, ipsisque dedit banderiam Ecclesie Aquilejensis In nomine Patris et Dei eterni, ac Beate gloriose Virginis Marie matris ejus, et Beatorum Martyrum Hermagore, et Fortunati Patronorum Ecclesie Aquilejensis, prestito per ipsos sacramento ad Sancta Dei Evangelia toto eorum posse, et quod non evitabunt mortem vel terga vertent hostibus pro defensione honoris et libertatis Ecclesie Aquilejensis, et servitorum ejusdem et quod justitiam facient et opera, que spectant ad officium Marescalchi procurabunt et adimplebunt juxta possibilitatem eorum fideliter, et discrete. Sic Deus ipsos adjuvet ad sacra Dei Evangelia.

Finito igitur Colloquio predictus Dominus Patriarcha mandavit quod sapientes et Consiliarii remanerent et se traherent in partem ad consulendum tractandum, ordinandum et providendum super iis, que restabant agendi pro custodia Terre, et aliis incumbentibus.

Introitus

1386.

Introitus Patriarchales

In Christi Domine Amen. Infrascripti sunt introitus ad Aquilejensem Patriarchalem mensam spectantes per me Odoricum de Utino Patriarchalem Cancellarium juxta parvam capacitatis meę memoriam, fideliter notati, et descripti, nec non Capitaneatus, Gastaldię, cęteraque dictę mensę officia, et pro quanto precio annuatim comuniter vendi solent, seu solebant salvo pluri, et minori juxta temporis dispositiones prosperas, et adversas.

Primo namque Capitaneatus Cadubrii cum juribus, et jurisdictionibus suis, ubi sunt duo Castra, scilicet Plebis, et Botistagni, ultra custodias ipsorum Castrorum, quas Capitaneus ibidem Deputatus propriis sumptibus facere tenet, et debet, vendi solet annuatim pro libris parvorum ccc. et ultra.

Gastaldia Carnię, ubi sunt duo Castra scilicet Tulmetii, et Castri Moscardi, quę custodiri debent expensis Gastaldionis ibidem ut supra, vendi solet comuniter annuatim pro Marchis Den. LX, et ultra.

Capitaneatus Terrę Venzoni cum jurisdictionibus suis alias concessus est gratis, et parum valet.

Capitaneatus Terrę Glemonę valet March. Den. LXX et ultra, et Capitaneus Deputatus tenet propriis sumptibus custodire Castrum ibidem, et Gastaldiam Artenię.

Gastaldia Buję, ubi est unum Castrum custodiendum, ut supra, solebat vendi pro March. Den. XX.

Gastaldia S. Danielis pro March. Den. XII.

Gastaldia Saganeę pro March. Den. XXIIII.

Gastaldia Tricesimi, ubi est unum Castrum custodiendum sumptibus Officialis ibidem, ut supra vendi solebat annuatim pro March. Den. LX. et ultra.

Gastaldia

Gastaldia Sedejani pro March Den XIIII.

Capitaneatus Utini cum garitu, juribus et jurisdictionibus ut sup.ª vendi solebat pro March. Den. L. et ultra.

Gastaldia Civitatis Austrię pro March. Den. XXV, et ultra.

Gastaldia Avani pro March. Den. II. et ultra.

Muta Utini pro March. Den. L. et ultra.

Muta Civitatis Austrię pro March. Den L, et ultra.

Gastaldia Tulmini ubi sunt duo Castra unum scilicet in Monte et aliud in plano custodienda sumptibus officialium ibidem, ut sup.ª vendi solet ultra ipsam custodiam pro March. Den. V. et ultra.

Muta Clusę, quę nunc exigitur in Venzono vendi solebat annuatim, ut sup.ª pro Ducatis auri III, vel circa.

Capitaneatus Montisfalconi, ubi est unum Castrum, sive rocha in monte custodienda ut sup.ª vendi solet cum juribus, et jurisdictionibus pro March. Den. LXX, et ultra.

Muta Montisfalconis pro March. Den. III. et ultra.

Gastaldia Manzani pro March. Den. XL.

Muta Aquilegię pro March. Den. XL. sed his elapsis temporibus modicum valuit et valet propter guerram.

Potestaria Aquilegię pro March. Den XVI.

Et pro Dacio Aquilegiensi solebat solvi per Communitatem Aquilegię annis singulis March. Den. XL. Medietas scilicet in Festo Nativitatis Dni, et reliqua medietas in Festo S. Hermagorę.

Gastaldia Agelli pro March. Den. XXIIII. vel circa.

Potestaria Marani pro March. Den. LXX et ultra.

Gastaldia Canisaci et Palazoli pro March. Den. XIIII, et ultra.

Gastaldia Mosię pro March. Den. XXVIII. et ultra.

Gastaldia Nebulę pro March. Den III

Gastaldia S. Viti pro March. Den. C. et ultra.

Capitaneatus Terrę Portusgruarii cum garitu, et jurisdictione, nec non cum medietate Daciorum ejusdem Terrę vendi solet pro modica, quia major pars expenditur pro custodia Castri ibidem, tamen ibidem percipi possunt, et percepti sunt ultra omnes expensas Ducat. L. et ultra.

Gastaldia Medunę, ubi est unum castrum custodiendum

dum ut supra vendi solet annuatim pro March. Den. C, et ultra.

Gastaldia, sive Capitaneatus S. Steni, ubi est unum Castrum, sive fortis turris custodienda ut sup.ª pro March. Den. C, vel circa.

Gastaldia Turris cum castro ibidem custodia, juribus jurisdictionibus & pro March. Den. XXIIII, et ultra.

Gastaldia Aviani pro March. Den. XII. vel circa.

Gastaldia Maniaci modicum valet, in pluribus retroactis temporibus non fuit vendita, quia Nobiles de Manniaco pro eorum fidelibus impensis servitiis illam ad eorum, qui fuerint pro tempore tenuerint, habuerint.

Capitaneatus Sacili, ubi est unum castrum custodiendum ut sup.ª cum Gastaldiis Caniper, et Cavolani pro march. Den. C, vel circa.

Marchionatus Istrie pro libris parvorum mille.

Castrum petre pilose in Istria habetur, seu possidetur pignoris tamen nomine sub certis pactis per Dnum Doymum de Castello, et spectat ad Patralem mensam, ut sup.ª

Terra Mugle debet annuatim regaleam et decimam vini, et olei, et Dnus Patha habet itidem de Potestate et Rectore ad voluntatis sue libitum providere, tam ex privilegio antiquo, quam etiã virtute pactorum inter bon. mem. Dnum Marquardum Patham Aquilejensem ultimo contractorum, et sunt vini urne ∴ et olei urne . et insuper virtute dictorum pactorum scriptorum manu q.m Nicolusii Zertini tunc Patriarchalis Notarii tenens ipsi de Mugla certas pecunias Dno Patriarche annuatim solvere pro Officiis supradictis.

Civitas Tergesti acquisita et redempta per Dnum Dnum Marquardum Patham de manibus Venetorum illam occupantium debet ex pacto et conventione ultra debitam fidelitatem et obedientiam per cives ibidem in manu ipsius D. Pathe eorum Sacramento prestito annuatim solvere Patriarchali

menne

mensę vini ribolii urnas C. et March. Den. C. et preter hoc Dñus Patriarcha qui fuerit pro tempore habet pro voluntatis suę libito ibidem providere de Capitaneo et Rectore, prout de pactis, et conditionibus huiusmodi apparere debet per Instrumenta publica manu Jacobi de Sagedis tunc Patriarchalis Notarii.

Canipę Patriarchales Utini, Civitatis Austrię et Aquilegię percipiunt annuatim magnos et multos Census in bladis vino et pecuniis, et rebus aliis, prout in lib.° Canipariorum qui fuerint pro tempore plene constat; sed specialiter Canipa Utini, et pro cęteris Canipis in premissis omnibus opulenta et consueverunt Patrię, qui pro tempore fuerint eorum familiis, qui pro tempore fuerint pro majori parte anni quaslibet expensas facere opportunas.

Census annuatim per Venetos debitus occasione jurium, et jurisdictionum Istrię, quas tenent ascendit ad Ducat. ii. vel circa.

Gratia vini de Istria, quod ęstimatur in Grado ascendit ad rationem medię Marchę Den. pro amphora ad illam summam, de qua fit ęstimatio et vinum quod debet ęstimari, si duces ad ipsam ęstimationem capit amphoras MCCX.

Capitaneatus S. Pauli in partibus Tarvisinis, ubi est unum Castrum custodiendum cum suis cum juribus, et jurisdictionibus suis solebat vendi annuatim pro Ducat. C. et ultra.

Nota quod ultra predicta certę pecuniarum condemnationes juxta Patrię morem, et per sententiam Patriarchali Camerę applicantur

1386.

Donationes, honores, jura, et jurisdictiones Dñi Patriarchę.

In nomine Sanctę et individuę Trinitatis Amen. Ad laudem, et gloriam omnipotentis Dei, eiusque gloriosissimę Genitricis Marię, et B.B. M.M. Hermachore, et Fortunati almę Aquilejensis Ecclesię

Patronorum

Patronorum, nec non ad requisitionem, pariterque mandatum Rmi, ac Rmi Patris, Principis, et Domini Nostri Petri de Alenconio S. R. E. Episcopi Cardinalis et Patriarche supradicte Ecclesie Aquilegiensis Ego Odoricus Andree de Utino Aquilegiensis Diecesis olim fel. mem. Dnorum Ludovici et Marquardi Patriarcharum Aquilegiensium, et nunc supradicti Dni Nostri Cardinalis, et Patriarche Cancellarius supra Dominationibus, honoribus, juribus, et jurisdictionibus spiritualibus, et temporalibus supradicte Ecclesie Aquilegiensis pro ipsorum notitia, et conservatione memoriale presens breve prout nunc memorie mee potuit occurrere ultra memorialia alia dudum per me in pleniori forma composita ordinavi, et descripsi prout inferius est expressum.

Philippi

Primo quidem supradicta Aquilejensis Ecclesia eiusque Pastores et Presules Patriarche habent superioritatem jure metropolitico super Episcopatus et Episcopos XVI. subiect Concordiensem Cenetensem Trivisanum, Paduanum, Veronensem, Vincentinum, Mantuanum Cumanum Tridentinum, Feltrensem Bellunensem, Tergestinum, Emonensem Parentinum, Justinopolitanum et Polensem

Item Capitulum Vermensem et Abbas Monasterii de Sivo Tarvisine Diecesis sunt Aquilejensi Ecclesie eiusque Patriarche immediate subiecti.

Item quilibet Patriarcha habet jus anteferendi seu anteferri faciendi Crucem in memoriam passionis Christi quocunque perrexerit, preterquam in presentia Pape.

Hec omnia, et alia plura sunt notoria ex pluribus, et antiquis privilegiis publicis per me visis, et lectis.

Patriarchalis Diecesis extenditur per totum Patriarchatum, et Ducatum Forijulii, potissime citra Tulmentum inclusis contratis Carnee et Cadubrii, etiamque per Archidiaconatus Carnie, Stirie, Carniole, et Marchie, ubi ordinaria auctoritate seu potestate Aquilejensi Patriarcha quilibet habet disponere, et hucusque disposuit ad beneplacitum providendo de Archidiaconis, Beneficiis Ecclesiasticis auctoritate ordinaria perpetuo conferendo, corrigendo clericos delinquentes, absolvendo et excomunicando, atque ut quilibet ordinarius Dominus, et Prelatus opportuna alia per se, vel alios in spiritualibus

libus jugiter exercendo.

Etiam ultra Julmentum Patha habet conferre auctoritate ordinaria more Predecessorum suorum Curatas Ecclesias in Sacilo, S. Paulo penes Tarvisium, et in Medina, ac Capellam unam in Castro Aviani.

Insuper Abbas Sextensis cum Monasterio suo est eidem Pathe, et Aquilejensi Ecclesie immediate subjectus.

Et similiter Abbas Rosacensis, Bellunensis, et Mosacensis atque plures Abbates et Prepositi cum monasteriis ipsorum in prefactis Archidiaconatibus constituti sunt sibi imediate subjecti

Monasterium Dominarum majus Aquilejense et majus Civitatis Austrie, nec non monasteria S. Quirini, et S. Nicolai in suburbiis Utini ac plura monasteria Dominarum in Archidiaconatibus supradictis sit━ sunt similiter supradicto Dño Patriarche.

Canonicales Prebendas et Beneficia in Ecclesiis Collegiatis de Utino, et S. Stephano penes Aquilegiam auctoritatem ordinariam conferendi et insuper unam Vicariam in Ecta Aquilegiensi, et aliam in Ecta...... atque nonnulla alia Beneficia in Ecclesiis antedictis sed ipse Vicarie, earumque collationes sunt temporales tantum, et non perpetue, et durant solummodo ad beneplacitum cujuslibet Pathe.

Archidiaconatus quoque Carinthie, Stirie, ac Carniole, et Marchie ad tempus scilicet ad Pathe cujuslibet beneplacitum conferuntur, et sunt potius officia, quam Beneficia.

Et item credo de Archidiaconatib Cadubrii, et Carnee sed claram, vel certam inde non obtineo certitudinem.

Ultra hec D. Patha quilibet consuevit ordinare et constituere, atque ordinat et constituit loco sui ultra Comissarios, quos interdum solet constituere spirituales, et temporales, Vicarios scilicet unum in* Pontificalib, alium in spiritualib, et tertium in spiritualibus et temporalibus, qui in Patriarchali Dominio, et Diecesi juxta officiorum suorum

* temporalibus

requisitione

requisitionem consueverunt se exercere et reddere rationem et ii Vicarii durant solum ad Dñi Patriarchę beneplacitum, et duo ipsorum scilicet in spiritualibus et temporalibus consueverunt obtinere provisionem et salarium a Dño, vicarius vero in Pontificalibus solet esse conventus de questu, et Secreto suo, ac plusquam conventus.

Insuper de insula, et Plebe Gradense, et qualiter antiquitus esset Aquileję Ecclesię immediate subiecta, et qualiter potissime tempore bone mem. Poponis Aquilejensis Pathę, Item Popo in conciliis pluribus Papalib. et Imperialibus obiecit sepius Pathom Gradensem falso nominari Pathā. clarent plurima publica, et autentica documenta a me visa et lecta.

De Ducatu Fori Julii sunt plura, et diversa antiqua, publica, et autentica privilegia Imperatorum, Romanorumque Regum a me visa et lecta qualiter ipsa Patria, sive Ducatus cum Terris, Loriis, juris, et jurisdictionib. quibuscumque & extitit perpetuo traditus et donatus et concessus supradicte Aquilejensis Ecclesię, ejdemque Pathę, et Presuli, seu Presidenti, et successorib. suis.

Sunt etiam publica et autentica privilegia antiqua a me visa, et lecta de singulari donatione, et concessione perpetuo facta ipsi Aquilejensi Ecclę, ejusque Pathy, et Presulibus castrorum quinque, scilicet Buję, Faganee, Sveagni, Utini, et Braitan cum tribus miliarib. circumquaque quodlibet dictorum castrorum, et cum territoriis jurib. et jurisdictionibus universis & dictorum castrorum infra limites supradictos.

Principales, et potiores ministeriales ejusdem Ecclesię ejusque Presidentis Pastoris, et Pathę sunt Nobb. de Cucanea, Pertistagno, et Valvasono qui vocantur Camerarii et tenentur custodire Cameram Patriarchalem potissime vacationis tempore cū pertinentibus ad eandem Cameram.

Nobb. de Spilimbergo qui dicunt Pincerne vel Caniparii habent custodire caniparam cum pertinentibus, ut supra.

Nobb de Moretio et de Tricano, qui vocantur Marescalchi, et vexilliferi Ecclesiæ Aquilejensis potissime tempore generalis guerræ ejusdem Ecclesiæ, et habent custodire stabulum Patriarchalem equorum vacationis tempore, ut supra.

Nobb. de Prampergo qui vocant. magistri Coquinæ, et habent, vel debent custodire coquinam, ut supra, et habent Nobiles ipsi occasione ministeriorum, vel officiorum huiusmodi plura pheuda, et bona, ac redditus ab ipsa Ecclia Aquilejense ultra comitatus fortilitia, et castra, que jugiter possident, et tenent, prout notorium extitit de premissis omnib. sed longo retroacto tempore ipsi Nobiles severum habuerint custodiam, quia Camera Apostolica se de premissis omnibus vacationum temporibus intromisit.

Nobb de Prata et de Porciliis vocant. Comites et liberi, tamen Vassalli Ecctæ Aquilejensis supradictæ, et Comitatus ipsorum sunt pheudum Ecclesiæ Aquilejensis, et sic recognoscere debent, ut inde patet per publica instrumenta, potissime de Prata, ejusque Comitatu, que jam vidi et legi

Certi Nobb de Castello, Strasoldo, Villalta, Castellerio, et Cavoriaco olim vocabant. de genere liberorum, sed quia per matrimonialem copulam nati sunt de genere ministerialium, ideo ministeriales vocantur, tamen castra, pluraque alia bona recognoscunt, seu recognoscere debent in pheudum ab Aquilejensi Eccla supradicta, ut etiam inde instrumenta publica apparere debent licet antiqui eorum pheuda plene in scriptis rd. dederint.

Similiter quoque certi Nobb huius Patriæ, et Ducatus Fori Julii recognoscunt, seu recognoscere debent eorum castra, et plura, ac diversa bona in pheudum ab eadem Aquilejensi Eccla, licet in scriptis ipsa pheuda, et bona investiturarum ipsorum temporum ad plenum non extiterint tradita ..... ab antiquis

Sunt etiam certi Nobb vocati de genere habitatorum, scilicet illi de S. Daniele, de Attemps superiori, de Manzano, de Maniaco, pro parte de Saganea, de Pinzano, et della Frattina, qui recognoscunt, sive recognoscere debent castra, sive fortilitia et plura bona ipsorum jure habitantiæ, seu pheudi ab Aquilejensi Eccla, seu ejus

Patriæ

Patr̃a Presule et Pastore

In Castro Utini, et Locis S. Viti et Medunæ sunt certi habitatores, qui domos habitantiæ, et mansos ac bona plurima, et diversa jure habitantiæ, seu pheudi habitantiæ ab Aquilegiensi Ecclã eiusque Antistite recognoscunt seu recognoscere debent.

Sed notandum est, quod Patr̃a quilibet tam super rectis pheudis, quam etiam in ministerialibus, et habitantiæ, cæterisque bonis ad investituram suam spectantibus habet vigilanter, et diligenter per se, vel Officiales suos inquirere, et diligenter providere... ....

Notandum est etiam, publiceque notorium et servatũ semper extitit quod in Civitate Aquilegiæ, nec non in Terris Utini Civitatis Austriæ, Glemonæ Venzoni Tulmetii, Montisfalconis, Portusgruarii Sancti viti, Sacili, Medunæ, cæterisque Patriæ locis + habet, vel prætendere potest in civilibus, vel criminalibus jus aliquod, nisi quantum de speciali privilegio, vel licentia et auctoritate nominati Patrĩæ obtinere noscas.

+ nullus

Præterea notandum est, quod tam Nobb. quam alii cujuscũ conditionis, et status obtinentes pheuda ministeria, et habitantias cuiuscumque conditionis bona ab Aquilegiensi Ecclã, et non recognoscentes, seu non facientes se investire de ipsis pheudis, et bonis tempore debito, scilicet infra annum post adventum novi Patrĩæ, et Pastoris sive postquam possidentibus extitit quomodolibet novum jus quæsitum eisdem bonis privati dicuntur ipso facto, suque sunt ipsa bona ad præsidentem Patr̃ã legitime devoluta, de quibus bonis idem Patr̃a potest ante annum, ut alias servatum est, pleno jure disponere, et in alium transferre, elapso autem ipso anno, nisi idem Patr̃a disposuerit, ut prefertur, tunc ipsa bona Patriali mensæ applicata censentur. Si vero aliquis, vel aliqui ex prædictis, vel aliis qui buscumque, fidelibus, et subditis Patr̃æ eiusque Aquilegiensi Ecclæ deliquerint rebellando, seu non obedienTo Dño suo, aut aliquid contra honorẽ et statum eiusdem Dñi verbo vel opere attentando, ipsi delinquentes realiter, et personaliter ut de lesæ Majestatis crimine puniuntur, et sic retroactis temporibus

ribus est servatum

Officialis generalis gerens vices Patriarcales in Criminalibus est Marescalchus, qui ad officium huiusmodi per Patham, ad eius tamen beneplacitum deputatur Marescalchus quidem iste durante officio suo et beneplacito Dñi habet potestatem plenariam et arbitrium custodiendi stratas huius Patriarchalis Patriæ, et puniendi crimina et delicta potissime in stratis et locis ubi officiales Dñi scilicet Potestates Gastaldiones Capitanei non regunt et president Si vero Presidentes officiales in Civitatibus, Terris et locis huius Pathalis Patriæ quibuslibet in puniendo criminalia quoquo modo deficerent sive essent quomodolibet negligentes vel desides tunc ad officium eius Marescalchi spectat defectus supplere huiusmodi et ipsa criminalia delinquentis etiam in disciplinam, servatis tamen ordinibus Patriæ consuetis.

Officiales vero ceteri scilicet Potestates, Capitanei, Gastaldiones in terris et locis quibuslibet huius Pathalis Patriæ per Patham, ut premittitur more solito deputati habent potestatem plenariam in Civilibus et Criminalibus in locis dumtaxat ubi deputati existunt, ducendo homines per laudum et sententiam iuxta Patriæ morem, et consuetudinem dicte jam retroactis temporibus observatam. Ubi vero officiales huiusmodi, vel aliqui eorum deficerent seu negligentes forent, tunc Marescalchus, sive Marescalchi, qui pro tempore fuerunt defectu huiusmodi potissime in Criminalibus habent supplere et corrigere juxta Patriæ morem, ut supra est expressum et hec fieri solent cum consensu et voluntate supradicti Dñi Pathæ, qui potest officiales suos ad libitum corrigere et domare.

Stratæ publicæ huius Pathalis Patriæ potissime extra fortilitia spectant et spectaverunt retroactis temporibus continue ad jurisdictionem et custodiam supradicti Dñi Pathæ eiusque Marescalchi sive Marscalli Ecclesiæ Aquilejensis vel Capituli sede vacante ut notorium existit et ad officium Marscalli spectat punire crimina et delicta, quæ in dictis locis publicis committuntur.

Aquæ similiter et fluvii per Patriam decurrentes ad jurisdictionem Ecclæ Aquilejensis eiusque Presulis, et Pastoris seu officialium suorum eius, vel quibus specialiter commiserit pleno jure spectant, vel pertinent,

et idem

et idem intelligi debet de nemoribus et silvis in qui-
bus locis potest idem Patha et Praesul per se, vel alios
piscari, et venari facere, ut alias factum est pro suo
libito voluntatis ut inde privilegia plura patent.

De singulari, et plenissima donatione in jurisdictione A-
quae ...... a montibus usque ad mare in qua nul-
lus potest piscare penitus nisi Patha, et aquae Na-
tisse transeuntis, sive labentis per Civitatem Aquile-
giensem, quae inferius Anaphora nominatur, patent pu-
blica, et autentica privilegia imperialia, sive regalia
a me visa, et lecta

De Terra insuper intra Plavam, et Liquentiam existen-
te supradictae Aquilegiensis Eccle et Pathe eiusdem
pleno jure donata, et concessa patent imperialia pri-
vilegia similiter in plena forma.

De Castro quoque Montis Silicis cum pertinentiis, juris.
et jurisdictionibus quibuscunque ad dictum Castrum
spectantibus apparent privilegia regalia, sive Impe-
rialia publica a me visa et lecta.

Castrum S. Pauli in partibus Tarvisinis cum villis eius-
dem Castri, et S. Georgii, nec non cum silvis de Me-
dullo et Medax & atque universis juribus, jurisdictio-
nibus et pertinentiis suis ex antiquo privilegio olim
per me viso et lecto ad Pathalem mensam spectaverunt
et spectant.

Marchionatus Istriae, et tota Istria obedire consuevit, et de-
bent ex privilegiis pleno jure concessis S. Aquilegien-
si Ecclesiae, eiusque Patriarchis, et Praesulibus qui prae-
erunt pro tempore, sed Veneti per vim, et poten-
tiam pluribus retroactis temporibus occupaverunt
et occupant plures Civitates Terras, et loca Marchio-
natus praedicti, scilicet Polam, Justinopolim Paren-
tium, Emoniam, Pertonam, Montonam, plura-
que alia Castra, et bona in ipso Marchionatu exis-
tentia, solvendo tamen annuatim parvum et levem censum
ipsi Pathae, et Pastori pro regalibus juribus, et juris-
dictionibus Civitatum, Terrarum, et locorum prae-
dictorum

Notandum est tamen, quod juxta sententiam arbitrariam
alias latam per Dnum Comitem Sabaudiae in MCCC-
LXXXI. supra differentiis vertentibus inter Dnos
Hungariae, Januensem, Dnum Paduae, Aquilegensem
Ecclesiam ex una, et Venetos ex altera Dnus Summus

Pontifex

Pontifex præsens, vel qui pro tempore fuerit, habet potestatem, et auctoritatem plenariam sententiandi, definiendi, et declarandi et determinandi super omnibus et singulis Civitatibus, Terris et Locis per supradictos Venetos, ut præmittitur, occupatis, et super juribus ipsorum.

Civitas Tergesti cum auxilio, et favore Januensium existit nuper scilicet in 1380. per bon. mem. Dnūm Marquardum Patriam Aquilegiensem acquisita de manibus Venetorum illam occupantium redempta cum castris de Macho et Muchulano, ipsique Patriæ pro se, et successoribus suis, ac vice, et nomine suo, et Aquilegiensis Ecclesiæ per cives dictæ Civitatis præstitum existit obedientiæ, et fidelitatis plenæ, et perpetuæ debitum juramentum. Itaque idem Patria, et successores sui perpetuo in ipsis Civitatibus et Castris providere poterat, et debebat.

De Capitaneis, et Rectoribus pro eorum libito voluntatis ipsorum Civium tamen sumptibus et præter hoc tenebantur ipsi Cives eidem Patriæ, et successoribus suis de certis censibus annis singulis respondere.

Dnūs Doymus de Castello et illi de domo sua nomine pignoraticio tenens Castrum Petræ pilosæ ad mensam Patrialem spectans, et ultra hoc per violentiam et de facto pluribus retroactis temporibus occupavit et occupat Marchionatum supradictum cum juribus, et jurisdictionibus, et omnibus pertinentiis suis, in quo Marchionatu ultra occupata per Venetos, ut superius notatum est, adhuc extabant, et extant castra VIII. Aquilegiensi Ecclesiæ et Patriæ, qui pro tempore obedientiam debitam, et plenam præstantia, scilicet castra de Buleis, Portulis, Pinguento, Albona, Flaona, Rocio, et duobus Castris.

Terra Muglæ cum omnibus juribus et jurisdictionibus, ac pertinentiis suis spectat et pertinet ad Aquilegiensem Ecclesiam, eiusque Patriam et Populum ubi idem Patria habet, et potest pro voluntatis suæ libito de Potestate, sive Capitaneo, et Rectore providere tam virtute privilegii Imperialis et regalis antiquitus ipsi Aquilegiensi Ecclesiæ specialiter concessi, prout in registris privilegiorum Capituli ejusdem Ecclesiæ vidi, et legi, quam etiam virtute pactorum ultimo contractorum inter bon. mem. Dnūm Marquardum Patriam et cives, et incolas terræ supradictæ. Et propter hoc prædicti de Mugla annuatim Patriali mensæ solvere tenentur pro regaliis, et Decimis vinum, et oleum

continend

consuetum, nec non certam pecuniæ quantitatem virtute ipsorum pactorum, de quibus apparere debent instrumenta publica, et autentica manu q.m Nicolussii Zerbini de Utino nunc Patriarchalis Notarii in 1370, vel circa.

In partibus Carniolæ, et Marchiæ sunt plura Castra, et bona spectantia ad Patriarchalem mensam scilicet Castra de Los, Vipaco, et Indrisperch cum pertinentiis ipsorum, quæ nunc occupantur per Comites Ciliæ, et de Ortemburch: Credo tamen quod ipsi Comites certas Investituras habeant tacita veritate obtentas

Patriarcha quilibet debet, et tenetur regalia et temporalia ab Imperatore recognoscere, ac de illis investituram accipere et hoc potissime, quando Imperator in partibus Italiæ extitit, alibi non tenetur ut ex speciale privilegio Imperiali constare vidi.

Castrum quoque de Vintisgratz cum muris, et omnibus pertinentiis suis olim fuit de patrimonio felicis. mem. Dñi Patriarchæ Bertoldi, et idem Patriarcha illud, et alia plura bona, jurisdictiones, et jura concessit perpetuo, et donavit S. Aquilegiensi Ecclesiæ, eiusque Patriarchis, et Præsulibus prout ex patentibus privilegiis eiusdem Patriarchæ plene et clare constat, sed nunc occupantur per Duces Austriæ.

In eisdem partibus sunt Vasalli multiplices, et diversi recognoscentes et qui consueverunt recognoscere multiplicia et diversa feuda a dicta Aquilegiensi Ecclesia, et Patriarchis Aquilegiensibus, qui fuerint pro tempore, recipientes in forma debita investituras ipsorum prout apparere vidi per autentica privilegia et publica documenta. Egoque in materia eadem inspexi

Dñus Rex Bohemiæ tenetur ex debito redimere Patriarcham Aquilegiensem, si forte ab aliquo caperetur, et ob hoc idem Rex tamquam Vasallus obtinet bona plurima ab Ecclesia supradicta.

Dñi Duces Austriæ etiam sunt Vasalli Ecclesiæ supradictæ Aquilegiensis, eiusque Patriarchæ, et Pastoris, et

obtinent

obtinent plura et diversa bona, et pheuda a dicta Ecclesia, et Patriarchis, qui fuerint pro tempore recognoscunt

Similiter quoque Comites Goritie, Cilie, et de Ortemburch sunt vassalli supradicte Eccle Aquilegiensis et obtinent plura Castra, et bona jure pheudi a dicta Eccla, et Patriarchis, qui pro tempore fuerint, qui recognoscere et se de illis investiri facere tenent, prout alias fecerunt

Insuper ille Dnus de Duino deberet et debuit recognoscere more primogenitorum suorum Castra Duini, Prem, et Solosench cum pertinentiis eorum, juxta antiquarum scripturarum tenorem quas ego vidi et legi.

Etiam apparere debent, et sunt privilegia clara et autentica imperialia de confirmationibus privilegiorum suorum donationum et jurisdictionum omnium ipsi Eccle Aquilegiensi olim per quoscunque Imperatores, Reges, Principes et Dnos quolibet concessorum

Ceterum notandum est quod tempore bon. mem. Ottoboni Patrte vel circa, depositata vel pignorata fuere penes quendam de Societate Caponorum de Florentia certa supradicta, et regalia optima privilegia continentia donationes Dni Julii et aliorum locorum et terrarum ad supradictam Ecclesiam spectantium, quorum privilegiorum major pars bullis aureis bullata, prout inde contineri vidi publico Instrumento manu q.m D. Meliorantie Canonici Utini tunc Pattaly Notari scripto

Ego David de S. Felice civis Utini q.m Egreg. viri S.r Nicolai Notarii de Tricesimo pub.s Imp. Auct.e Not. suprascripta memorialia ex vero, et autentico memoriali seu originali manu spectab. q.m D. Odorici Andree de Utino Pattaly Cancellarii mihi ostenso, et comodato per Nob. virum S.r Odoricum de Susannis nepotem supradicti q.m D Odorici Andree fideliter exemplavi nihil addendo vel minuendo, quod sensum mutet & Verum tum quia nonnulla verba in aliquibus locis deficiunt, non quia illa pretermiserim, sed quia originale erat ab edaci vetustate corrosum, et ipso restituto id.S.r Odoricus

mesceud

me secum accedente illud extemplo abstulit, et elargitus fuit Magnifico, et Clariss.mo Dño Andreę Lauredano dignissimo Locumtenente Patriæ Fori Julii &

Certum est enim quod de ipsis bonis mansi, et bona plurima irrequisito Dño suus distracta, et quoque suo proprio postposito Jure Aquilegiensis Ecclesię, eiusque Patriæ in premissis alienata, et vendita, atque ad manus personarum bonorum talium non capacium in damnum non modicum, et prejudicium Sanctę Aquilegiensis Eccle, eiusque Patriæ, et Populis non sine dolo forte est translatum

Notandum est etiam publiceque notorium et servatum extitit, quod in Civitate Aquilegiensi nec non in Terris Utini, Civitatis Austriæ, Glemone, Venzoni, Tulmetii, Montisfalconi, Portusgruarii, S. Viti, Sacili, Medune, cęterisque Patriæ locis nullus habet, vel pretendere potest in Civilibus, vel criminalibus jus aliquod, nisi quantum de speciali privilegio vel licentia et auctoritate nominatim Patriæ obtinere noscatur et hec satis.

quod Deus avertit, maximum nimirum periculum
Ecclesiæ Aquilejensi, ac Patriæ res ipsa attulisset, et
ideo non injusta quidem ratione dicta loca ipsum Illmũ
Dominium, ut scilicet absolute et incaute restitue-
re hactenus recusavit, nec eius subsidiis dictis locis
destitutis non solum ipsi Illmõ Dominio sed univer-
sæ Ecclesiæ Sanctæ Dei et cuncto populo Christiano
damnum et gravissima jactura illata fuissent. Ex
adverso autem dictus D. Joannes Prothonots. his Procurator Dm̃i Patriꝭ
auditis, et intellectis nominibus, quibus scilicet fere-
bat ipsam Patriam sibi debere restitui. Post multa
tandem hinc inde examinata, discussa, et agitata
prædictus D. Prothonots. sindicus, et Procurator dicti Rmi
D. Cardinalis ex una, et Specti. et Generosi viri Dñi
Marcus Foscari Procurator S. Marci et Ludovicus
Foscareno juris Doctor honorabiles Cives Veneti man-
datarii, sindici, et Procuratores Illmi Principis et Excmi
D. D. Francisci Foscari Dei gratia Ducis Dominii et
Communis Venetiarum, ut de eorum sindicatu, et man-
dan

dato plene constat pub.co Instrumento scripto et publicato manu circumspecti viri S. Daniel de Rebaldinis pub.ci Imp.lis Not.ii ac predicti Ill.mi D. Secretarii die 9. mensis Junii . . . . . a nobis Notariis infrascriptis viso, et lecto ex parte altera volentes benigne, concorditer, et amice utriusque partis indemnitati consulere ad infrascriptam compositionem, concordiam transactiones, et infrascripta capitula, conventiones, et pacta unanimiter devenerunt. Nam primo predicti DD. Marcus Foscari et Ludovicus Foscareno nomine quo supra fatentur, et accipiunt ipsum R.mum D. Cardinalem et Patham in unicum verum, canonicum et indubitatum Patham Aquilejensem prout hactenus habuerunt secluso omnino alio R.mo Patha presenso, promiserunt DD. Sindici et Procuratores predicto nomine quod dictum Ill.mum Dominium habebit perpetuam et inviolabilem amicitiam, benevolentiam et caritatem cum ipso R.mo D. Cardinali et Patha, eumque et statum suum in dicta Patria omni tempore omni casu, et omni modo, et contra quemcumque tuebitur, et manutenebit, et in omnibus et per omnia secum aget, ut cum cive et homine sibi carissimo. Et econtra promittit idem D. Prothonot.s nominibus dictis ut supra prelibatis DD. Sindicis, et Procuratoribus Ill.mi Dominii Venetiarum perpetuam, et inviolabilem amicitiam benevolentiam, et caritatem cum ipso Ill.mo Dominio, eumque et statum suum in dicta Patria omni tempore, omni casu, et omni modo et contra quemcumque tueri et manutenere. Item promiserunt dicti Sindici et Procuratores nomine supradicto, quod totalis jurisdictio spiritualis, et Ecclesiastica et omnis superioritas et administratio in spiritualibus dicti Patriarchatus et Patriae Aquilejensis sine diminutione aliqua sit sicut hactenus semper fuit ipsius D. R.mi Cardinalis et Pathae, et ipsi veram, plenam et totalem obedientiam in spiritualibus omnibus et in administratione usu et exercitio omnium spiritualium ex nunc exhibent et assignant. Promittentes quod per totum dictum Patham ab omnibus subditis dicti Ill.mi Dominii dictum Dominium faciet in spiritualibus ipsi R.mo D. Pathae ac eius officialibus plene obedire nec directe, vel indirecte de dictis jurisdictione vel administratione spirituali se impedire. Quinimo ipsum R.mum D. Cardinalem, et Patham in sua jurisdictione spirituali tuebitur et defendet. Insuper ut ipsa Ecclesia Aquilejensis, et ipse R.mus D. Cardinalis et Patha bonis temporalibus dictae Patriae utantur et gaudeant, non advertente dicto Ill.mo Dominio ad predictas omnes maximas expensas per se factas, et sentitas, damna,

Concordia

Nomina clariss. D.D. Sindicorum Ill.mi D.

Jurisdictio ipsius R.mi D. Pathae in tota Pathatu.

et interesse

et interesse que pretendit, ut supra sed volenti multa
remittere supradicti Dñi Sindici et Procuratores ante-
dicto nomine cum eodem D. Prothonot.° nomine quo
sup.ª convenerunt, quod Civitas Aquilejæ, et Oppida
S. Viti et S. Danielis in dicta Patria consistentia cum
omnibus eorum districtibus et pertinentiis, territoriis
fructibus commoditatibus emolumentis, et quibuscunque
aliis juribus eorum, et cum omnimoda jurisdictione
ac mero, et mixto Imperio ac omni temporali Domi-
nio exceptis feudis et illorum collatione habeantur
per ipsum Rmum D. Cardinalem, et Patham et quod
in illis nullo modo dictum Illmum Dominium
se impedire possit, sed totale Dominium, administra-
tio, gubernatio et omne Imperium eorum libere re-
maneant dicto Rmo D. Cardinali, et Pathæ, et ex nunc
dicti DD. Sindici et Procuratores quo sup.ª nomine di-
tam Civitatem, et Oppida cum dictis eorum districti-
bus, territoriis et juribus, ut sup.ª dictum est libere
relaxant, restituunt, et assignant dicto Dño Protho-
not.° dictis nominibus recipienti dictoque Rmo D. Cardi-
nali et Pathæ liberam potestatem facultatem et
auctoritatem realem possessionem apprehendendi dict.
Civitatis et Oppidorum cum dictis eorum districtibus,
territoriis, et pertinentiis ut supra dictum est pro-
pria auctoritate sine aliqua licentia vel requisitio-
ne dicti Illmi Dominii. Cum his tamen conditio-
nibus, et pactis quod omnes introitus redditus proven-
tus et emolumenta percipienda per Rmum Dñum
Cardinalem, et Patham ex temporalitate dictorum
locorum computentur in summa Ducatorum quin-
que millium intra singulorum. Item quod omnes,
qui tenentur personaliter vel cum equis servire cu-
stodiæ dictæ Patriæ undecunque sint etiamsi in præ-
dictis tribus locis habitent, semper cum res exege-
rit vel ipsi Illmo Dominio opus visum fuerit, obe-
diant, et serviant ipsi Illmo Dominio et ejus offi-
cialibus Item quod prefictus Rmus D. Cardinalis et
Patha vel ejus officiales non permittant portari sal
aut uti alio sale in dictis tribus locis, quam de sa-
le Caniparum dicti Illmi Dominii in dicta Patria
ad hoc deputatarum, vel deputandarum. Item quod
non permittant committentes contrabanna dicti
salis, vel aliarum rerum servos fugitivos et alios
quoscunque rebelles, et bannitos per Illmum Do. in
dictis locis tute et secure permanere et si ibi inve-
niantur, remittant in potestatem ipsius Illmi Do-
minii. Et econtra banniti, fugitivi, condemnati
vel rebelles dictorum trium locorum Rmi D. Car-
dinalis et Pathæ, vel censuris Ecclesiasticis innodati

per ipsum

Jurisdictio temporalis Rmi D. Pathæ, Civitatis Aquilejæ, Oppida S. Viti et S. Danielis exceptis feudis, et eorum collatione.

Duc. 5000 Rmo D. Pathæ

Facientes tales militiæ obediant Illmo Do.

Subditi Pathalis utantur sale caniparum Illmi Do.

Banniti hinc inde non accipientur, sed remittantur.

per ipsum Rmum D. Cardinalem, et Patham vel suos officia-
les non possint se reducere, nec debeant aliquo modo accep-
tari in aliquibus locis in dicto Patriarchatu et Patria A-
quilejensi tentis per ipsum Illmum Dominium sed hinc

Neutra partium innovet in prejudicium alterius seu subditorum suorum.

inde debeat fieri remissio realiter et sine fraude. Et quod
neutra partium in dictis locis debeat aliquid innovare in
prejudicium alterius seu subditorum suorum. Insuper an-
tedicti Dni Sindici et Procuratores nomine suprascripto
permittunt dicto D. Prothonotº dictis nominibus recipi-
enti, et stipulanti dare, et solvere ipsi Rmo D. Cardina-
li, et Pathe pro omnibus aliis locis ipsius Illmi Domi-
nii et que ipsi Illmo Dominio remanent in adminis-
tratione temporali singulis annis quinque millia
Ducatorum Venetorum boni auri, et justi ponderis,

Computatio introitum dictorum trium locorum in Duc. 5000.

computando in illis prefatos introitus redditus proven-
tus, et emolumenta, que idem Rmus D. Cardinalis et
Patha annuatim recipiet ex dictis tribus locis, que qui-

Termini solutionis

dem quinque millia Ducatorum auri solvantur in tri-
bus terminis v3. singulis quatuor mensibus tertia pars
de redditibus ordinariis, et extraordinariis et mixtis dic-
te Patrie per officiales quoscumque prefati Illmi Domi-
nii in prefata Patria existentes absque alia speciali
licentia et mandato suo. Declarando tamen, quod ter-
minus hujusmodi solutionis initium habeant ad Ca-
lendas Januarii proxime preteriti Promittunt etiam
iidem Dni Sindici, et Procuratores prefato nomine dicto
D. Prothonotº nominibus, quibus supra, quod Illmum
Dominium tuebit et defendet personam ipsius Rmi Dni
Cardinalis et Pathe in dicta Patria Aquilejensi et tria lo-

Promissio Illmi Dominii defendendi Rmum D. Patham et tria loca assignata suis sumptibus

ca separatim scilicet Civitatem Aquileje et oppida S.
Viti et S. Danielis per ipsum Rmum D. Cardinalem et
Patham possidenda et ipsa etiam loca sibi Illmo Dominio
retenta et possessa sumptibus, et laboribus, et expensis
Illmi Dominii contra quoscumque inimicos et hostes
perfidos schismaticos. Item convenerunt prefati Dni
Procuratores et Sindici dicto nomine et prefatis D.
Prothonotis nominibus quibus supra, quod omnes

Omnes alie Civitates, oppida, castra, et loca in Patham sint Illmi Dominii

alie Civitates et omnia alia oppida, Castra, et loca ip-
sius Patriarchatus et Ecclesie Aquilejensis, et per ipsum
olim habita, et possessa et que hodie per ipsum Illmum
Dominium detinentur, et seu possidentur cum eorum dis-
trictibus territoriis, fructibus comoditatibus pheudis et
generaliter omnium pheudorum collatione juribus
et eorum pertinentiis et cum omnimoda et plena-
ria jurisdictione mero, et mixto Imperio in tempo-
ralibus, et omnis superioritas et jus omnium pheudo-
rum, et generalis eorum collatio, et omnis adminis-

tratio

tratio, et custodia detineat, et possideat, et possint ex causâ antedictæ transactionis licite detineri, et possideri per ipsum Illmũm Dominium Venetiarum, et fructus exinde superlucrari, ac etiam sint cum omni juris plenitudine in dictis bonis dictæ Ecclesiæ Aquilejensi competentis libere et expedite sine aliqua contradictione aut juris aut ipsiusd honoris aliqua diminutione omnibus meliori via, jure, et forma quibus possunt, et libere per ipsum Dominium habeant, teneant, et possideantur ac custodiant, Ita quod ipse Rmũs D. Cardinalis et Patha, aut suo nec Aquilejensis Ecclesiæ nomine possit se de prædictis locis, juribus, jurisdictionibus, et Dominiis aliquo modo via, jure, vel forma directe, vel indirecte in temporalibus impedire vel intromittere sed ut supra dictum est, sint, et esse debeant dicti Illmũi Dominii omnibus meliori via, jure et forma, quibus possunt et nunc dictus D. Prothonot.s dictis nominibus prædicta omnia dicto Illmõ Dominio, seu prælibatis Dominiis Sindicis et Procuratoribus recipientibus nomine supradicto relaxat, tribuit, et concedit et dictis nominibus promittit, quod ipse Rmũs D. Cardinalis et Patha nec aliquis suo vel Ecclesiæ Aquilejensis nomine directe vel indirecte vel aliquo quæsito colore se de illis et in illis ullo modo impediet in temporalibus et quod se de illis et in illis ullo modo quoad temporalia impedire non possit. Quæ quidem omnia, et singula suprascripta solemni stipulatione promiserunt prædictæ partes dictis modis et nominibus sibi ad invicem singula singulis congrue referendo, et Nobis Notariis infrascriptis, ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice et nomine omnium et singulorum quorum interest, vel interesse poterit in futurum firma rata et grata perpetuo habere et tenere ac inviolabiliter observare et adimplere et nunquam contrafacere dicere vel venire de jure vel de facto per se, vel alium, seu alios directe, vel indirecte, tacite vel expresse quovis modo, causa vel ingenio, nec aliquo quæsito colore sub pœna vigintiquinque millium Ducatorum auri solemni stipulatione premissa cum refectione omnium et singulorum damnorum expensarum et interesse litis; et extra in quam pœnam incidat pars illa quæ contrafecerit, et prædicta integraliter non observaverit et ab ipsa contrafaciente exigi possit, et debeat applicari parti observanti contra quam esset contrafactum, et pœna soluta vel non prædicta omnia ac singula nihilominus firma perdurent, et inviolabiliter observentur. Renuntiantes

Pœna contrafacientis Duc. 25^{m} applicanda observanti

trantes partes predictæ, et quelibet earum in prædictis omnibus et singulis exceptioni non sic vel aliter celebrati contractus, nec sic, vel aliter factorum capitulorum et conventionum prædictarum executioni doli mali conditionis sine causa, vel ex justa causa. in factum actioni et executioni, quod metus causa, privilegio fori et omni, et cuilibet alii juri SS. et constitutionis auxilio eisdem quomodolibet competenti vel competituro, et legi dicenti generalem renuntiationem non valere sub hyppotheca et obligatione omnium bonorum præsentium, et futurorum prædictarum partium, et cuilibet earum. Jurantes partes prædictæ ad sacra Dei Evangelia manutactis scripturis in animas constituentium suorum omnia, et

Juramentum partium de observantia omnium

singula suprascripta observare et adimplere ac observari et adimplere facere bona fide, et sine fraude. Ad hoc autem omnia, et singula supradicta Ven. viri Dñi Joannes de Zucco Vicedecanus Ecclesiæ Aquilejensis, et Guarnerius de Artenea Canonicus ejusdem Ecclesiæ, servatis . . . . . . et celebratis aliquibus actibus, et solemnitatibus sicut de jure requiritur, Economi, Sindici, et Procuratores constituti a Capitulo dictæ Ecclesiæ Aquilejensis prout prædictis omnibus plene constat publico Instrumento scripto manu ven. viri D. Dominici Canonici Aquilejensis Pub. Imp. Notarii sub millesimo Indictione et diebus in ipso Instrumento particulariter contentis a nobis Notariis infrascriptis viso, et lecto intervenerunt, ac vice, et nomi-

Consensus Dñi Capituli Aquilejensis.

ne ipsius Capituli Aquilejensis omni meliori modo via, et forma quibus potuerunt, et possunt tam de jure, quam de consuetudine supradictæ transactioni, concordio, et compositioni pro majori eius robore tum agerent, consensum et auctoritatem suam et etiam dicti Capituli interposuerunt et de novo libere, sponte et ex certa scientia, et actualiter et solemniter interponunt cum omnibus obligationibus, penis, et renuntiationibus et aliis suprascriptis, jurantes in animas suas et constituentium prædictorum omnia et singula suprascripta observare et adimplere bona fide, et sine fraude. Item promit-

Promissio ratificationis faciendæ per Dñum Patham in termino mensis aliter contractus sit nullus.

tit prædictus D. Prothonotarius, quod dictus Rmus D. Cardinalis, et Patha prædicta omnia, et singula ratificabit, et approbabit infra unum mensem a die quo præmissa ad suam notitiam pervenerint computandum per suas patentes literas, aut publicum Instrumentum, alioquin præsens contractus nullus

lius sit roboris, vel momenti. Voluerunt etiam mandaverunt et rogaverunt partes predicte, et quelibet earum de predictis omnibus et singulis per me Petrum Cutio, et alios Notarios infrascriptos et quemlibet nostrum debere confici unum, et plura publica Instrumenta ejusdem substantie et tenoris prout fuerit opportunum. Actum Venetiis in domibus Monasterii S. Marie Cruciferorum Presentibus Rdo in xpto Patre D. Martino Archiepiscopo Corfiensi ac Venn. et Religiosis viris DD. Petro Boldu. S. Marie de carceribus Priore Ordinis Camaldulensium et Fr. Jacobo de Perusio Priore domus S. Cristophori de Muriano Ordinis Heremitarum S. Augustini, et Fr. Mauro Monasterii S. Michaelis de Muriano dicti ordinis Camaldulensium et Fr. Luca de Perusio dicti Ordinis Heremitarum S. Augustini ac D. Petro Badoario qm D. Hieremie, et D. Andrea de Tavicellus de . . . . . et Dno Sempronio U. I. D. et Dno Andrea Francisco de Ursinis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Dominicus Bellono qm Sr Jacobi de Venetiis Pub. Impli Auctc. et Ducalis Aule Venetiarum Nots. et judex ordinarius suprascriptum Instrumentum jussu infrascriptorum circumspectorum virorum S. David Jacobi de Tebaldinis et S. Petri Cutio Illmi Dominii Venetiarum Secretariorum et Sr Joannis Ubertini de Castro durantis et Sr Joannes Boldu Notariorum predictis Rdi Domini Prothonotarii Secretariorum de suprascripto Instrumento Rogatorum de actis eorumdem fideliter sumpsi, transcripsi, et exemplavi in cujus rei fidem me subscripsi, signumque meum apponere consuevi.

Ego David Jacobi de Tebaldinis qm D. Antonii Civis Venetus Pubs Impli Auctc. Nots et Ducalis Aule Venetiarum Secretarius ac Judex ordinarius predictis omnibus et singulis una cum infrascriptis circumspectis viris Sr Petro Cutio Impli Auct. Nots. et Illmi Ducalis Dominii Venetiarum Secreto et ipse Sr Petrus et ego et Joannes Ubertinus, et Joannes Boldus Infrascripti Not. alii suprascripto Dominico Bellono Noto Impli tradidimus et commisimus in hanc publicam formam redigenda et ad fidem omnium premissorum me subscripsi meumque signum apposui consuetum.

Ego Joannes Ubertinus qm Bartholomei de Castro durantis Pubs Apostolica atque Impli Auctoritatibus Nots, ac judex ordinarius predictis omnibus et singulis una cum suprascripto S. David de Tebaldinis et infrascriptis vs. Sr Petro Cutio qm Sr Martini Civis Venetus, et Sr Joanne Boldo

Boldo predictis omnibus et singulis presens fui et ea rogatus scripsi, et publicavi et ad fidem omnium premissorum me subscripsi et signum meum apposui consuetum, et quia aliis occupati eramus tradidimus et commisimus suprascripto Dominico Bellono in hanc pub.cam formam redigenda fore.

Ego Petrus Curtio filius q. Martini Civis Veneti pub. Imp. auct. Not. et Illmi Ducalis Dominii Venetorum Secretarius predictis omnibus et singulis una cum suprascriptis et infrascriptis Notariis presens fui eaque rogatus scripsi, et publicavi et aliis occupati tradidimus et commisimus suprascripto Dominico Bellono in hanc pub.cam formam redigenda et in fidem me subscripsi, ac signum meum apposui consuetum.

Ego Joannes Boldus q.m Gaudentii Novariensis pub. Impli auct. Not. et Rdi in Xpto Patris D. Joannis de Reate Sedis Apostolice Prothonotarii Secretarius predictis omnibus et singulis presens fui, eaque rogatus scripsi, et publicavi et occupati tradidimus et commisimus suprascripto Dominico Bellono in hanc pub.cam formam redigenda, et in fidem me subscripsi et signum meum apposui consuetum una cum suprascriptis. Hec tria verba scripsi manu propria, quia deficiebant in secunda linea signata tali signo

1407. 2. Martii

Nobiles de Prampergo donant arma civitati Furlano

In Christi Nomine Amen. Ad perpetuam memoriam. Ego Jacobus Justus q.m Nob. et egreg. militis D. Simonis et ego Antonius q.m Nob. S. Mathiussii de Prampergo pro nobis nostrisque consortibus omnibus constituti coram Rmo in Xpto Patre et DD nostro Antonio Dei gratia Sancte Sedis Aquilejensis Pattha dignissimo, attendentes, matureque considerantes, quod licet per se satis ipsa virtus refulgeat indecens non est, imo congruis humanis favoribus promoveri presertim ut laudata plus crescat ceteisque aliis ad exemplar juxta illud Platonicum sic debere dignos premii prerogan ut eam indignis alliciant exinde, unde virtutes probitates et famam tanti viri silentio preterire nolentes notum fore volumus universis nostras presentes litteras inspecturis, quod considerantes laudabilia probitatis virtutum

tutum exempla, probissimi, et virtuosi viri q.m
Venuti de Pathia Don Iulu, et actus singulos vite sue,
qui eximiis virtutibus nobilem se reddidit et insi-
gnem, Amorque et affectio singularis, quem ad nos
et domus nostre consortes ferventi animo gessit,
et liberali diligimus, et optamus eum eodem pa-
ternali consortio stringi, et vinculo firmissimo
alligari. Intendentes itaque ipsum Mathiussium
personamque suam, quam virtutes eximie pro-
bitatis exempla, et morum elegantia nobilem
reddunt, merito nobiliorem reddere, et quadam
singulari perpetuitatis memoria decorare eun-
dem Mathiussium, et heredes suos ex corpore suo
legitime descendentes in nostros et domus nostre
consortes recepimus, et eisdem insignia seu arma
nostra, et nobilis et antiquissime domus nostre de
Prampergo de nostra et ipsorum nostrorum consor-
tum voluntate omni auctoritate Sorgion qua
possumus tenore presentium donamus et perpe-
tuo largimur sibi suisque heredibus supradictis ha-
rum serie concedentes, quod in perpetuum qui-
busvis actibus sive locis publice et privatim qua-
liter et quocumque libuerit huiusmodi insignia
sive arma nostra deferre illisque uti libere et lici-
te perpetuo valeant atque possint conditionibus non
obstantibus quibuscumque. Hec peregisse animo gra-
tulante letamur sequentes illud facundissimi Ci-
ceronis sic inquientis: Armorum insignia fore
concedenda eminenti, provido et solerti. Providus
iudicat mature preponderans preterita presentia
et futura discrete preordinat peragenda. Solers idest
sollicitus reputatur nam commissa sibi singula vafra
expeditione procedunt. Quia ergo speramus indubie
ipsum semper ad statum nostrum et domus nos-
tre de bono in melius progressurum declaravimus et
volumus quod de cetero ad nos ceterosque consortes
nostros in singulis suis negotiis feliciter promoven-
dis habeat cum plena securitate recursum. In quo-
rum testimonium, et perpetuum plenum robur
presentes per Notarium infrascriptum scribi fecimus
et nostrorum sigillorum una cum subscriptione ejus-
dem Notarii appensione muniri. Datum et actum
Utini in Castro Patriale et sala magna ipsius Cas-
tri die 2 Martii Anno Domini millesimo quadrin-
gentesimo septimo quintadecima Indictione pre-
sentibus Rmo D. nostro Patria prefato ac Nobb. et
egregiis viris Dominis Bartholomeo de S. Daniele
Marescalcho eiusdem Dni Patrie, Cristophoro de Cu-
canea

canea Bartholomeo q.m S.r Odorici de Maniaco
et Joanne Zecchi Not.o de Portigruario testibus ad
premissa vocatis et rogatis.

1407 Pmo 7mbris

Serenissimi Dominii Veneti ad Rmum
in Xpto Patrem D. Antonium Patham
Aquilejensem

Rmo in Xpto Patri Dno Antonio Dei gratia Sancte Se-
dis Aquilejensis Patha dignissimo Michael Steno
Dei gratia Dux Venetiarum & salutem, et sincere
dilectionis affectum Satis liquere Rme Paternitati
Vre credimus quanta cum sinceritate quantoque
vere charitatis incendio decus libertatem et bonum
totius Forojuliensis Patrie fuerimus prosecuti et po-
tissime quanta devotione et sinceritatis affectu Rmam
Paternitatem Vram affecti fuerimus, et magis affi-
ciamur in dies. Nec mirum ad id enim nos perfec-
ta dilectione insignis allicit vestra virtus que in
nobis tante vires esse prestantie, ut nequeamus ho-
norem et conservationem status vestri ac Patrie pre-
libate haud aliter, quam nostri proprii celebrare hinc
nempe illud exorit quod si cerneremus quisque re
silire quod statui vestro ac illius Patrie aliquid obno-
xium et infestum videret, afferre non possemus ali-
ter facere quam acerrime condolere. quid ni? Nam
quid vere amicitie charitas sicut prosperis casibus
gratulas sic tristas adversis Audita igit[ur] quadam no-
vitas nuperrime resultata in Rmam Paternitatem
vram et spectabilem militem D. Vincislaum de Spe-
limbergo hon. Civem nostrum Venetiarum inventi
nostre displicentiam attulit, et merorem: et quia ip-
se Dnus Vincislaus tamquam cordialissimus ama-
tor nostri Dominii est nobis carissimus et dilectus,
nam semper ipsum novimus honorem, et status
conservationem memorate Patrie incessanter que-
rere quietem appetere, et denique velut intensum
eiusdem Patrie pugillem, optimumque defensorem
ipsius libertatem et salutem summopere tutari et pro
viribus custodire. Hinc est, quod probata virtus et
inconcussa fides ad bonum Patrie ipsius D. Vinces-
lai nos compellere frequentat Vram Paternitatem
Rmam deprecari, ut illum in servitorem habeat

benevolum

benivolum et dilectum. Quapropter Rm̄a͡d Paternitatem V̄r̄a͡d ab intimis deprecamur, quatenus attenta sinceritate fidei et optima dispositione qua prefatus miles prona mente habet, et habere intendit ad honorem et statum Dominationis V̄r̄ę ac etiam in nostram complacentiam singularē placeat omnem animi perturbationem, si quę insurrexisset contra ipsum D. Vinceslaum et suos V̄r̄a benignitate deponere et nullam sibi inferre aut inferri facere injuriam, vel offensam sed potius ipsum et omnes suos serena mente ad gratiam V̄r̄a͡d admittere et ulnis V̄r̄ę clementię solita affectione locare, ut ipse omni abjecta formidine valeat tute sub ipse gratię et favoris vestri vivere, sicut juvit. Quod profecto licet ad quietem et tranquillitatem cedet, tamen gratissimum nobis erit, nobisque ascribemus ad complacentiam grandem valde. Et si quid vestigiis ex alicuius parte animos in aliquo denigrasset per virtutem V̄r̄ę sapientię et obedientiam dicti D. Vinceslai et sociorum delinies, et animi redibunt ad solitam claritatem.

Datum in Palatio N̄r̄o Ducali die p.mo mensis septemb. Indic.ne quintadecima.

Litterę Parlamenti Generalis ad Rm̄os DD. Cardinales pro D̄n̄o Patriarcha Aquilejense.

Rm̄i in xp̄to Patres &. Mirabilis est hominum cecitas, et effrenis audacia qui non aperte conspiciunt quod ex injuriis lesi proximus, irritaq. scandalum fama diluq. et furor divini Numinis provocatur, et sic infrenita presumptio proprię voluntatis excedit deformiter, quod nec timens Deum, aut hominem reverens, prophana concupiscibiliter tenere orbes, et impudenter utrumque nititur ad divina. Quot et quantę ex his proveniunt insolentię non longe petans extra ..... quidem habemus in foribus et illa patule perpendimus, et videmus ac dum precipue contra fas, et licitum pertransit, divini Numinis offenditur gloria et malignandi usque ad perditionem animarum et corporum materia comprestaq. Sane non mediocriter mentem perturbavit nostram nuper horrenda relatio, quod Rm̄us D̄n̄i N̄r̄i Papę Camerarius ardens in motibus voluntatis illicite, nulla legitima monitione preambula Rm̄u͡d in Xp̄o Patrem, et D. N̄r̄u͡d D. Antonium Patha͡d Presu-

lem nostrum

lem nostrum amatissimam atrocissime citari fe-
cit, ut infra xv. dierum spatium comune persol-
veret servitium, et causam, quare privatus per eum
pronunciari debeat, allegaret, quod est a seculo man-
datum, nec credere possumus talia de voluntate
Jesu xpti Vicarii modo aliquo processisse. Absit, quod
a clementissimo Patre, qui Dei Majestatem represen-
tat in terris procedat sententia tam horrenda, do-
lemus, et ultra quam dici queat, cordis ex intimis
perturbamur ... epilogante quod tam per
Oratores solemnes quam efficacissimas literas nos-
tras tenebamus dictum abolitum, et sopitum, tan-
toque dolore medullitus angimur quanto emulo-
rum hujus pacifice Patrie falsissime suggestio-
nes majoris efficacie esse videns in conspectu Se-
dis Apostolice quam excusationes verissime per
dictos nostros Oratores et litteras nostras non se-
mel sed pluries per nos facte. Quis enim id doleat
in tantum impiorum nequitiam prevalere et re-
viviscentibus igniculos discordiam concitens et
hujus Patrie libertatem, et pacis bonum cohens
magno periculo perturbare? Et quis est omnium
hominum animi tam servilis, qui pro conserva-
tione pacifici status hujus et proprie libertatis non
deberet vitam ponere et omnibus se etiam capita-
libus periculis obiectare, uti Bmo Dño nostro pre-
fato denotamus lucculentius scriptis nostris. Qua-
propter Rmas Paternitates Vrãs quas ad conser-
vationem pacifici status Patrie memorate et nos-
tre Reipublice proprie libertatis ad promotionem,
statum, et augmentum Dñi nostri Patris prefa-
ti ex benignitate innata ferventissimas reputa-
mus, cum pleniori confidentia supplicamus qua-
tenus pedibus sedis prefate instare dignemini, quod
hujusmodi terribilis et horrenda sententia revoce-
tur, et ad impossibilia de cetero non graves, simus
que in ulnis sue clementie Dñum nostrum predic-
tum, Ecclesiam sanctam post Romanam secundam
sedem, et hanc Patriam fidelissimam Apostolice se-
di benigne et gratiosissime recomissos. Expresse qui-
dem conclusimus decrevimus mente concepimus,
et indissolubilibus promissionibus validavimus non
permittere nec modo aliquo consentire, quod Dñus
ipse noster pro comuni servitio, tum quia ultra de-
bitum persolvit, et per consequens non tenetur, tum
etiam quia impotens est et ipsius impotentia
nobis nota, et si de Ecclesie bonis aliquid recepit pro
hujus Patrie defensione, et ~~ex~~ necessitate, ac cas-
trorum reparatione, ut debet, et tenetur reservet a-
liquid

liquit persolvat in posterum ullo modo et sicuti sequus Sanctitati suæ et Vris Rmis Paternitatibus scripsimus et dici verbo fecimus illum et nõ aliud donec in humanis vitam duxerit in Pastorem Patriarcham et Præsulem habere intendimus et cuicunque noverca fortuna se volvat, totis conatibus conservare, pro conservationeque veri status et honoris posse nostrum exponere sanguinem et personas. Et ut clementiæ suæ oculos ad ipsius conservationem convertat efficaces dignemini interponere partes vestras hanc nostram Patriam in hoc reddendo multipliciter consolatam ut evites juxta Salomonis sententiam pœnitudo post factum, et pax hæc usque turbata quiescat, ignisque accensus calefactas jam partes relinquens per provisionem, urasque alias non consumat. Rmas Paternitates Vras conservet Altissimus per tempora longiora..

Rmarum Pat. Vrarum Humiles servitores Generale Colloquium totius Patriæ Fori Julii.

Litteræ Parlamenti Patriæ ad Sanctissimum Papam

Sanctissime Pater. Inflamatur cor nostrum et exsiccatur eloquium, incendiis animus, et lingua balbutit dum cum mitissimo dolore repilogare cogimur quod tam per solennissimos Oratores nostros quam efficacissimas litteras delictum, sopitum et abolitum procul dubio tenebamus præceptum Rmus in Xpto Patrem et DD. Sanctitatis Vræ Camerarium velantis certi reddimur huius, nec æmulorum et perfidis suggestionibus informatum, qui Dominorum simplices aures iniquitatibus suis implentes falsa pro veris palliatione inscrutabili persuadent contra hunc S. V. filium Rmum in Xpto Patrem, et Dnum Nostrum D. Antonium Pactam, Pastorem, et Præsulem nostrum amatissimum citationem atrocissimam formasse et ut credimus præter sensum S. eiusdem, et ipsius omnimodam voluntatem eidem Dño nostro quadraginta dierum ad persolvendum comune, ad cuius solutionem absenta ~~[illegible]~~ summæ Sedi Apostolicæ hactenus persoluta minime tenetur, omnino sit impotens, et ad dicendum causam, quare privatus pronunciari non debeat assignando monitione alia legitima minime præcedente. Oh quam terribilis sententia, et horrenda narratio, quod æmulorum huius pacificæ

Patriæ

Patrię semper fidelissime Apostolicę Sedi palliationes falsę
plus valeant, qui pacifico eiusdem Patrię statui inviden
tes totis desideriis illum conantur inficere, et zizaniae lolium
seminare, quam excusationes nostrę verissimę tam ora
toribus, quam scriptis nostris luculentius per nos
factę in conspectu Apostolicę Sedis. Quid autem ex is
tis proveniat omnibus apertius clare liquet, oriuntur
quidem scandala, rancores et odia seminantur, bella
proveniunt et dum contra fas et licitum in trans
gressione legis incurrunt unitatum destructio provenit
et in animarum, et corporum pericula pertransit.
Nam quis est omnium hominum animi tam ser
vilis, qui pro conservatione status simul non debe
ret vitam ponere et omnibus se etiam capitalibus
periculis obiectare? Quis enim non doleat impiorum
nequitiam prevalere in tantum, ut quasi reviviscen
tibus igniculis discordiam concitent, et huius Patrię
libertatis et pacis bonum magno periculo perturbent.
Quapropter clementię Vestrę humillime et devotis-simę
supplicamus quatenus Reverendum Dominum Nostrum prefatum
humillimum E. S. V. filium in almis sanctitatis suę di-
gnetur suscipere recomissum illum a pressuris huius-
modi liberando gratiosissime, mandandoque Reverendo
Domino ~~Cancellario~~ Camerario supradicto taliter, quod de
cetero ad impossibilia non graves et tam atrocissimam
et horrendam citationem debeat revocare eidem s e-
tiam notabilissimam et antiquam secundam post Ro
manam sedem Aquilegiensem Ecclesiam, cuius dotes
et iura in Patrię defensionem, et castrorum infor-
mationem decrevimus, et intendimus conservare,
hancque quietam Patriam spretis omnino livoris
moribus quorumcumque totis desideriis commenda-
mus expressissime concludentes decrevisse, et in no
tis iuribus consequisse, et indissolubilibus promissio-
nibus validasse non permittere nec aliquo modo
consentire, quod Dominus ipse noster pro communi ser-
vitio tum quia ultra debitum persolvit et per con
sequens non tenetur, tum etiam quia est impotens
et ipsius impotentia nobis nota et si de Ecclesię do-
tibus aliquid recepit quod pro huius Patrię necessita-
tibus et defensione et castrorum reformatione ut de-
bet et tenetur exponat aliquid imposterum persolvat
ullo modo et sicut sepius scripsimus et dicimus fecimus.
E. S. illum et non alium donec vitam in humanis
duxerit in Patriam, Pastorem et Presulem intendimus
utcumque fortuna se volvat totis viribus conservare
et pro conservatione sui status nominis et honoris
posse nostro exponere sanguinem et personas. Vestrę
igitur clementię oculos convertentes ad ipsius conser
vationem et statum dignemini aspirare, in hocque hanc
vestram Patriam reddere consolatam, ut evitetur iuxta

Salomonis sententiam, penitendo post factum et pax hucusque turbata quiescat, inflamataque partes iam calefactas per ----- non consumat. S.C. sanam conservet Altissimus Ecclesie sue sancte &c.

S. V. Humillimi Servuli
Generale Parlamentum totius
Patrie Fori Iulii

Littere directe D. Patri Aquilegensi
per Illmos filios Dni Ducis Mediolani condolendo de morte Patris
1402. X. 7mbris

Rde Pater et amice Carissime. Lugubrem casum dolende mortis q.m Illmi Principis, et Exc.mi D. Genitoris nostri cum maxima cordis amaritudine Paternitati Vre notificare compellimur, dum enim febres eum invasissent, ac interjectis spatiis aliqualiter remisissent, interdumque fierent fortiores tandem pluribus quasi secutis accessibus ad extremum deductus fuit uno excepto quod prestantissimus ejus Amorabilissimi Principis intellectus usque ad ultimum finem semper remansit incolumis. Receptis namque per eum devotissime omnibus Sacramentis Ecclesie proximis his diebus heu proh dolor! quam amarus singulis nunciamus spiritum reddidit Creatori. Non enim hoc insperatum, et acerbissimum vulnus expectabat filialis nostra, nec ejus etas, que adhuc recens, et validissima erat, nec victus inordinatus qui semper in eo modestissimus fuit hunc intempestivum exitum inducere debuissent. Vixit equidem semper recolende memorie Princeps magna Dei reverentia, et veneratione insultus vite adeo moderate et continens ut vix per quemquam excogitari potuisset tam divinum, et sobrie vite Principem nonnisi in extremis communis vite terminis seculum hoc relinquere debuisse. Verum Providens cunctis omnipotens cogitationes humanas vertit ad libitum et adversa prosperis commiscendo nobis fragilitatem nostram ostendit, ut modeste secundis fruamur et nos adversa ne deprimant. Reliquit nobis Exc.mus Princeps que ut mundo notum est, tot magnificas urbes, tot terras, et oppida, potentiam, divitias, Amicorum, Civium, et Subditorum benevolentiam, et amorem, qui ejus obitus dolentissimi irrecuperabilem esse videntes eorum corda radicitus figentur in Nobis. Reliquit quoque Magnificorum, et spectabilium, probissimorumque

virorum

virorum nobis copiam, quos virtus, et militaris disciplina, et exercitium longum, ut omnis in dubijs rebus securitas fecit audaces, nec minus honorabilium et gravium virorum comitivam, quos in scientiis peritos et in agibilibus Mundi prudentissimos, et sagaces longa experientia comprobatissimos fecit. Itaque Dei gratia veraciter dici potest hunc nostrum statum qualiscunque ex parte omni roboris firmitate vallatum. Sed quid hec ad solamen nostrum et quod tam prudentissimo, et dulcissimo Genitore nostro orbati maneamus, non est nobis patientie locus memorantibus quanta nos semper benignitate dilexit. Si quidem nobis egrotandum erat et ipse animo affligebatur, et nunquam sibi quies donec Deus nos in pristinam sanitatem reduxisset. Nunquam Pater ampliorem charitatem dulcedinem et amorem ostendit in filios. Horum recordatio, et filiale debitum acerbissimis aculeis precordia nostra compungunt ut..... unquam nostris querelis et venis ejus laudibus finis esset. Verum scientes olim prefatum Illmum Dnum Genitorem nostrum vos in spiritualem Patrem et amicum tenuisse, ac reputasse, Nos ejusdem amicitiarum vestigia quantum nobis possibile fuerit imitari cupientes, de hoc nostro adverso casu vobiscum amicabiliter duximus condolendum, intendentes vos in Patrem et amicum specialem nostrum tenere et reputare et quod versa vice erga nos illud idem facere valeatis, ac nos semper requirere confidenter si qua possumus vobis grata ad que nos offerimus semper dispositos et paratos.

Datum Mediolani die x. 7mbris MCCCCII

Joannes Maria Anglus Dux Mediolani et Comes Anglerie ac Bononie, Pisarum Senarum, et Perusii Dominus et
Philippus Maria Comes Papie, ac Verone Dominus.

Confederatio Dñi Archiepiscopi Salesburgensis cum Dño Patriarcha Aquilegiense.

1292.

Venerabili in Xpto Patri et amico carissimo D. Raimundo Dei gratia S. Sedis Aquilegiensis Patriarche Conradus eadem gratia S. Salesburgensis Ecclesie Archiepiscopus Apostolice Sedis Legatus salutem, et sinceram in Dño charitatem. Adversus Dei Ecclesias innocentes noxia multiplicatio impiorum excandescens in turbas, et

ne dum turbare gravius ipsarum necessariam quietem non cessas, inco verius ipsas licet supra firmam petram fundatas destruere funditus quod absit conatibus impiis et ausu sacrilego elaboras, nisi congregatis in unum viribus Prelatorum resistentia efficaci eedem Ecclesie contra suos persecutores defensionis clypeo fortius muniantur Consideratione igitur debita recognoscentes Paternitatem Vram nobis super federe unionis mutue contrahende vobiscum litteras destinasse, cum id pro bono procurando statu Ecclesiarum utriusque nostrum expediens et utile reputemus cum dicta Paternitate Vra federis unionis huiusmodi et amicitie specialiter perpetuo ineundo promittimus constanter per presentes vice prestiti sacramenti quod vobis pro tempore vite nostre nostris viribus atque posse adherimus et adesse fideliter volumus ac etiam affectamus contra omnes et singulos hostes vestros et offensores Ecclesie vestre et specialiter contra Dnos Albertum Histrie et Meynardum Karinthie Duces favore consilio et auxilio manuali vz. in terris Karinthie Saunie, Carniole, Marchie, ac Fori Iulii quando super hoc per vos fuerimus legitime requisiti sic ut similiter nobis vestra vice juvaminis brachium porrigatis In cuius rei evidentiam, et majoris roboris firmitatem presentes litteras sigilli nostri pendentis fecimus munimine roborari.

Datum in S. Vito pridie Id. Augusti Anno Dni MCCLXXXXII quinte Indictionis.

Confederatio Dni Comitis de Heuneburg cum Dno Patha Aquilegiensi anno 1292. 14. Augusti.

Rdo in Xpto Patri et Dno suo Carissimo Raymundo Dei gratia S. Sedis Aquilegiensis Patriarche Ulricus Comes de Heuneburg cum fidelitatis constantia serviendi perpetuam voluntatem. Egressus a facie Dni Sathan ad fortia manum mittens Draco ille serpens antiquus qui virulenta potatione mundum inficiens viris potestatem habentibus statu temporalis ambitionem damnosam, damnabilem, et damnandam temporalium, et rerum penitiorum cuin ipsis eternaliter penitiis insatiabiliter instillavit, ut plerumque per Venerabilem Matrem nostram Romanam Ecclesiam, et Romanorum Imperium viris solemniter variis magnificationibus insigniti utriusque potes-

tatis

tatis predicte solemnia confundere et adnihilare
penitus gestientes superbie cornibus murum Catho-
lice fidei diruere satagunt, et veluti pestiferi Mon-
tes in contritionem omnium hominum dictis po-
testatibus huius seculi subiectorum ad superbiam
sui capitis conterendam, et ad sue radices nequi-
tie scindendas erigunt sui capitis diadema nec
parturientem ad solitudinis locum confugere
patientes cauda sue malitie retro pungentes et
quemadmodum scorpionum invisibiles oculorum
aspectus sub allicienda conversationis dulcedine
ex cordis intimo derivantia fabricare non cessant
occulte perfidie nocumenta. Unde cum emergen-
tibus variis, et diversis nocumentorum pericu-
lis antidota quibus statum, et honorem nostrum de-
fendere valeamus querere necessario teneamur quibus
opitulationibus respirare sub utriusque potes-
tatis sacro debeamus consideratione debita cogno-
scentes id pro bono statu utriusque nostrum ex-
pediens fore, utile pariter et consultum ut cum
Bta Paternitate Vra federa unionis et amicitie
spiritualis perpetuo duraturum inire debeamus
ad cuius unionis federis observantiam perpetuo
obligamus nos Vre Dominationi constantius per
presentes vice prestiti Sacramenti quod vobis pro
tempore vite nostre nostris viribus atque posse adhe-
rebimus, et adheremus, et adesse debemus volu-
mus ac etiam affectamus contra omnes, et sin-
gulos hostes vestros et offensores Ecclesie Vre et spe-
cialiter contra Dnos Albertum Austrie et Meynar-
dum Karinthie Duces favore consilio et auxilio
manuali ut in terris Karinthie, Saunie, Carniole,
Marchie ac Fori Iulii, quanto super hoc per vos fue-
rimus legitime requisiti sic ut similiter nobis vice
versa iuvamines brachium porrigatis In cuius
rei evidentiam et maioris roboris firmitatem pre-
sentes litteras sigilli nostri pendentis munimi-
ne duximus roborandas

Datum in Castro Tuben. in vigilia Assumptionis B.
Marie Anno Domini MCCLXXXXII.
quinte Indictionis.

Liga Regis Hungariæ cum Ecclesia Aquilegiensi 1376. 21 Junii

Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Ramæ, Serviæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Bulgariæ, Cumaniæque Rex, Princeps Salernitanus et honoris Montis S. Angeli Dominus. Notum facimus universis præsentes litteras inspecturis, quod tanto celebrius famæ nostræ præconium culmine nostro Regalis Serenitas non dubitet ampliare, quanto Prædecessorum nostrorum notabili usu, et præcipue Nostri Ex.^mi Genitoris Ecclesiarum causas et comoda in quibus nostræ Christianissimæ Religionis potentissima vis consistit amplioribus nititur favoribus confovere et regalibus munificentiis præmunire sane ad sanctam Aquilegiensem Ecclesiam multorum æmulorum patre discordiæ ministrante, retroactis temporibus oppressionibus lacessita cuius Pastores, et incolæ universi ad culminis nostri augmentum cujusdam innatæ devotionis fidelem animum habuerunt, mentis nostræ serenitatis aciem dirigentes motis, et conventionibus infrascriptis nostrorum Filiorum heredum, et Successorum nostrorum in Regno et ipsius Regni nostri nomine una cum infrascriptis nostris, et Regni nostri Prælatis et Baronibus de eorumque consensu, scitu et voluntate ac matura deliberatione, et de certa scientia et infrascripta omnia se, Successores, Filios, et Heredes ac bona omnia vice etiam et nomine dicti Regni obligantibus cum eorum juramentis, et sigillis inferius denotatis recepimus ex nunc Reverendum in Christo Patrem D. Marquardum Patriarcham Aquilegiensem et ipsius Successores, et Sanctam Ecclesiam Aquilegiensem, Prælatos, Capitula, et Successores suos Patriarchatum Aquilegiensem, Nobiles Heredes, et Successores suos et Communitates Fori Julii Civitates Terras Castra et Territoria in dictis Patriarchis, et dictorum Prælatorum, Capitulorum, Nobilium et Communitatum prædictarum quas, quæ, et quod ad præsens tenent, et possident, et in futurum acquirent seu ad eos devenerint sub Nostra, Filiorum, Heredum et Successorum nostrorum, nec non Regni Nostri Prælatorum et Baronum ipsius protectione et defensione plena et gratuita et ipsas Terras Castra et Civitates prædictas ac Territorium prædictum Promittimus quibus supra nominibus manutenere, defendere et conservare contra, et adversus quoscumque Principes, Duces, Comites, Barones ac Dominos et quascumque Communitates ad requisitionem ipsius Patris, et Successorum suorum

rum suorum

rum secorum, et majoris partis sui Consilii Parlamenti et sede Patriarchali vacante ad requisitionem Vicedomini et Capituli Aquilegiensis, et majoris partis Consilii Parlamenti, excepto quod contra Papam, et suos Successores, et Imperatorem et Successores Imperio quantum pro facto ipsorum tantum S. Ecclesiæ Romanæ, et Imperii. Insuper volumus et decernimus, quod Magnif. Dnus Franciscus de Carraria, Dnus Paduæ, quem ex nunc pro nostro et Regni nostri colligato declaramus obliget se, heredes et bona sua Nobis, Filiis, Heredibus, et Successoribus Nostris et Regno nostro Prelatis, et principalioribus Baronibus regni nostri ad nostræ serenitatis Heredum, et Successorum nostrorum ac regni nostri mandatum, facere guerram in territorio suo, et in partibus circumstantibus apud Territorium ipsius contra inimicos dicti Pattæ, et Successorum suorum et Patriarchatus et Ecclesiæ Aquilegiensis, et Patriæ Fori Julii. Versa vice ipse D. Pattha pro se, Ecclesia Aquilegiensi et Patthatu suo et Successoribus suis Prelatis, et Capitulis dicti Patthatus pro se, et suis Successoribus, et Nobiles Fori Julii pro se, heredibus et Successoribus suis, et Communitates Patthatus predicti sub fide ipsorum, et cum eorum juramentis et cum obligationibus bonorum suorum, prout ipsorum literis, et privilegiis Celsitudini nostræ porrectis, et earum Communitatibus, sigillis super iis confectis plenius inde patet eum, et sint de cetero cum Celsitudine nostra, Filiis, heredibus, et Successoribus nostris, et cum Regno nostro et Baronibus dicti Regni et heredibus et Successoribus eorum et cum ipso Dno Paduæ colligato nostro et heredibus suis et in quibuscunque bellis, guerris, inimicitiis, et discordiis contra adversus quoscunque Principes, Duces, Comites, Marchiones, Barones, et Dnos, et quascunque Communitates ad petitionem et Mandatum nostræ Serenitatis Filiorum heredum et Successorum nostrorum, et dicti Regni in Patria Fori Julii et in Territorium, et dicti Regni in Patria Fori Julii et in Territorio Patthatus Aquilegiensis, et in partibus circumstantibus apud dictam Patriam Fori Julii et Territorium dicti Patthatus, faciendo et exeundo contra inimicos de Civitatibus, locis, Terris, Castris, passibus, et Fortilitiis dicti Patthatus, excepto quam contra Papam, Successores ipsius, et Imperatorem et Successores Imperii, quantum est pro facto Ecclesiæ Romanæ, et Imperii tantum excepto quam contra Duces Austriæ durantibus treguis presentibus inter ipsum D. Pattham et prefatos Duces et contra solam personam Meynardi Comitis Goritiæ, claudentque etiam passus et stratas Fori Julii, et Territorii Patthatus ad petitionem

et mandatum

et mandatum Celsitudinis Nrę, filiorum, Heredum, et Successorum nostrorum tempore quovis contra quoscunque contra quos esset guerra, quod etiam facies, et facere promittet et claudere Serenitas nostra. Versa vice ac etiam facient nostri filii, Heredes, et Successores, ac Regnum nostrum ad requisitionem dicti Patriarchatus, et Successorum suorum, et Sede vacante ad requisitionem vic. Dni Patre Aquilegiensis, et ipsius Capituli et ad Serenitatis nostre mandatum ac filiorum Heredum et Successorum nostrorum, ac Regni similiter faciant, et claudent stratas, et passus suos et claudere tenebuntur dictus D. Patriarcha noster Collegatus, filii, et Heredes sui. Vult insuper nostra Majestas, quod si contingeret durantibus presentibus conventionibus acquirerentur aliqua Castra Terrę, Villę aut Civitates per Nos, filios, et Heredes nostros, ac successores ac Regnum nostrum, et partes predictas vz. dictos Patriarcham et Successores suos Prelatos Nobiles, Heredes et successores suos et Communitates Fori Iulii et Dnum Patrie predictum filios et Heredes suos communiter vel divisim, et illa Castra, Terrę, Villę aut Civitates spectarent, et pertinerent seu retroactis temporibus quovis modo pertinuissent ad Patriarcham Aquilegensem de iure, quod debeant esse dicti Patriarchatus et remanere dicto Patriarchatui. Si vero non spectarent nec pertinerent seu retroactis temporibus quovis modo non pertinuissent ad Patriarcham predictum de iure acquirentium Communitates per partes dividatur secundum determinationem nostram Heredum, filiorum et Successorum nostrorum, ac dicti Regni nostri, si vero acquirerent per aliquam partium tunc sint, et esse debeant acquirentis et quod captivi et bona mobilia sint capientium. Non possint insuper dictus D. Patriarcha et successores sui in Patriarchatu et Prelati ac successores eorum dicti Patriarchatus ac Nobiles Heredes et successores sui dicte Patrie Fori Iulii et Communitates Patriarchatus nec debeant incipere novam guerram nisi ad defensionem, et offensionem contra occupare volentes manu armata vel alio modo illicito et manifesto aliqua Castra Terras et Civitates dicti Patriarchatus que ad presens tenent et possident per dictos Patriarcham Prelatos, Nobiles et Communitates et in futurum quovis modo acquirerent per eos ac etiam ad defensionem, et offensionem contra invadere volentes manu armata vel alio modo illicito, et manifesto Territorium dicti Patriarchatus et dictus Patriarcha et Successores sui in Patriarchatu et Prelati et successores eorum, Nobiles, Heredes

redes, et Successores eorum, et Comunitates dicti Patriarchatus non faciant, nec possint facere pacem, aut treguas de aliqua guerra, in qua guerra nostra Majestas, Filii, et Heredes ac Successores nostri, et Regnum nostrum debeat esse, ac fuerint cum eis sine consensu expresso nostro, Filiorum, Heredum, et Successorum nostrorum. Nos insuper, Filii, Heredes, et Successores nostri, ac Regnum nostrum possimus et possint et valeant, facere pacem, aut treguas sine consensu, et voluntate dictorum Patriae, et Successorum suorum et dictorum Prelatorum et Successorum suorum, Nobilium, Heredum, et Successorum suorum, et Comunitatum predictarum, dum tamen nostra Serenitas Filii, Heredes et Successores nostri, et Regnum nostrum includant in pace aut treguas dictos Patriam et Successores suos, Prelatos, et Capitula, et Successores suos Nobiles, Heredes, et Successores suos, et Comunitates Patriarchatus et Ecclesiam Aquilegiensem. Et in casu predicto nostra Majestas Filii, et Heredes, et Successores nostri et ipsum Regnum non possint facere pacem aut treguas sine consensu, et voluntate predictorum, nisi restituant in eo statu, in quo erant tempore guerre incepte. Et si predicti Dnus Patria et Successores sui, Nobiles, Heredes et Successores sui, et Comunitates predicte durante dicta guerra acquisivissent aliquid quod de jure spectaret et pertineret, seu retroactis temporibus pertinuisset ad Patriarchatum Aquilegiensem, quod illud acquisitum tempore guerre per pacem, aut treguas fiendas per Nos, Filios, Heredes, et Successores nostros et dictum Regnum non teneantur restituere, quas quidem conventiones, et omnia suprascripta vult et decernit nostra Majestas firmas esse, ac duraturas usque ad annos quinquaginta proxime futuros. Nos Dei gratia Joannes Strigoniensis, Stephanus Colocensis Archiepiscopi, Demetrius Zagabriensis, Ladislaus Vesperamensis, Michael Agriensis, Emericus Waradiensis, Petrus Jauriensis, et Dominicus Boczeanensis Ecclesiarum Episcopi Prelati supradicti Regni: Nicolaus de Gara Palatinus, Ladislaus Wajuoda Transilvanus, Petrus Zubar Slavonie, Joannes Treuzel Zerunensis, ac Joannes Magzoniensis Bane, Comes Judex Curie Regis, Georgius Sebak Tavernicorum Regalium,

Georgius

Georgius Zudar Curiæ Regis et Pincernarum, Paulus de Lisko Dapiferorum, Michael Zudor Janitorum Regalium Magistri, Franco Comes Sopromensis Joannes Osuk Comes Zagariensis, et Tomilinus Comes de S. Georgio Barones Regni Hungariæ principaliores pro Nobis Successoribus Heredibus et filiis nostris; ac vice, et nomine totius dicti Regni Hungariæ sub fide nostra, et cum obligatione Bonorum nostrorum et dicti Regni, jurantes corporaliter ad Sancta Dei Evangelia promittimus et Nos Successores, Heredes, et filios nostros, et dictum Regnum ac bona nostra, Successorum nostrorum Heredum ac filiorum et Regni prædicti obligamus fideliter attendere, observare et in omnibus adimplere protectionem et omnes conventiones factas et promissas superius per Serenissimum, et invictissimum Dnum Nostrum Dnum Ludovicum Excellentissimum Regem Hungariæ &c. Rdo in xpto Patri Dno Marquardo Dei gratia S. Sedis Aquilegiensis Patriæ, et ipsius Successoribus, Prælatis, et Capitulis Patriarchatus Aquilegiensis et eorum Successoribus, Nobilibus Suis Fideli Heredibus et Successoribus eorum, nec non Comunitatibus Patriæ Aquilegiensis et ea omnia durante termino in ipsis protectione, et conventionibus per ipsum Dnum nostrum Regem apposita rata, et grata habere, et inviolabiliter observare juxta suprascriptarum Litterarum dicti Dni Regis continentiam et tenorem. Præsentes etenim ipsius Dni Regis et nostras Literas sigillis ipsius Dni Regis ac nostris Comuniter damus in testimonium præmissorum.

Datum in Wisegrad die XXI mensis Junii Anno Dni MCCCLXXXI.

Parlamentum Generale tempore Dni Pagani Patriarchæ.

In Nomine Dni Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1331 Indictione 14. Infrascripta facta et firmata fuerunt in Colloquio generali celebrato in Utino in Sala inferiori Castri, et Palatii Patriarchalis die Jovis 18 Aprilis, in quo quidem Colloquio

loquio interfuerunt more solito Liberi, et Ministeriales Communitates et alii vocati, ex quibus collegi infrascriptas personas.

D. Guillelmus Decanus Aquilegiensis.
D. Fr. Gibertus Abbas Mosacensis
D. Fr. Joannes Abbas Rosacensis
D. Guido Decanus Civitatensis
D. Odoricus Plebanus de Strasoldo
D. Eusebius Canonicus Aquilegiensis
D. Jacobus de Carnea Canonicus Civitatensis.
D. Articus miles de Prampergo. D. Pergonea miles de Prampergo.
D. Federicus de villalta.
D. Joannes de villalta.
D. Gerardus de Cucanea.
D. Joannes de Cucanea.
D. Nicolussius de Cucanea.
D. Joannes antiquior de Cucanea.
D. Santinus de Cucanea.
D. Pamphilus de Prampergo.
D. Asquinus de Colloreto.
D. Federicus de Monticlo.
D. Ambrosius della Turre.
D. Hermacoras della Turre.
D. Carnevarius della Turre.
D. Federicus della Turre
D. Bernardinus de Strasoldo.
D. Oscaldus de Strasoldo
D. Federicus de Savorgnano
D. Federicus de Martzanio.
D. Rapoter de Buchio.
D. Roprehus de Tercano.
D. Conradus Bojanus. } pro Civitate
D. Guillelmus Mgri Zatri }
D. Odoricus Notarius }
D. Rottus Notarius } de Utino.
Federicus Salvagni }
Maphaeus Notarius de Aquilegia.
Nicolaus Notarius de Glemona.

Et aliorum quamplurima multitudine copiosa.
Propositis per Ven. Patrem Paganum Dei gratia Sanctae Sedis Aquilegiensis Patham diligenter et provide iniuriis, gravaminibus, et apprehensionibus quae illatae sunt, et inferuntur continue sibi, et Ecclesiae Aquilegiensi et Servitoribus ejusdem, et maxime noviter in partibus Istriae, et Polae per illos de Comitatu Goritiae simul cum Petro de Petra pilosa ob quorum causam dictum Colloquium convocaverat ipse Patha requisivit instanter omnes, et singulos de Colloquio sub fide, qua tenentur sibi, et Ecclesiae Aquilegiensi, atque ipsis districte mandavit, quatenus super praefatis sibi consulere deberent fideliter ut tenentur, tamquam fideles servitores supradictae Ecclesiae

Ecclesiæ Aquilegiensis, et prout expediens et consultum fuerit pro defensione honoris et jurium Ecclesiæ Aquilegiensis suum sibi præstent auxilium et favorem

Quæsito igitur more solito ab universis in dicto Colloquio constitutis, quid circa prædicta videbatur agendum et quid consulebant provisum fuit et ordinatum et firmatum ibidem nemine discrepante, quod quia salubrius, et discretius super talibus consuli potest per paucos, quam per multos Dnus Patriarcha habere deberet consiliarios suos qui erant ibidem Et quod nova fieret electio de duodecim consiliariis, scilicet de duobus pro Prælatis, de duobus pro Liberis, de quatuor pro ministerialibus et de quatuor pro Communitatibus qui duodecim simul cum aliis interessent, tractarent, agerent et adimplerent simul cum Rmo Patriarcha omnia et singula quæ utilia, et necessaria essent circa prædicta pro honore et statu Ecclesiæ Aquilegiensis et servitorum ejusdem qui duodecim eandem haberent potestatem, quam habet totum Colloquium et quod quidquid per ipsos fieret illam habeat firmitatem, et robur, ac si per totum Colloquium factum esset.

Surgentibus igitur, et se in parte trahentibus juxta eorum conscientiam omnibus de dicto Colloquio pro eligendis dictis duodecim consiliariis electi fuerunt infrascripti, qui finito Colloquio pro complendis prædictis cum Dno Patriarcha remanserunt VI.

D. Decanus Aquilegiensis
D. Abbas Rosacensis — pro Prælatis.
Mattheus Not.s pro Communitate Aquilegiæ
Conradus Bojanus pro Communit.e Civitatis
Federicus de Savorgnano pro Communit.e Utini.
Federicus della Turre Capitaneus Glemone pro Communitate Glemone.
Federicus de Villalta
Bernardus de Strasoldo — pro Liberis.
Articus de Prampergo
Bergonea de Spilimbergo
Asquinius de Colloreto
Rizzardus de Valvasono — pro Ministerialib.

S N

Ego Joseph de Radiis Not.s Utinensis Matriculatus præmissum Colloquium una cum subscripta deliberatione ex Libris, et Protocollis Egreg. q.m S. Eusebii Notarii et Cancellarii Rmi Dni Pagani della Turre olim Patriarchæ Aquilegiensis

Aquilegiensis prout inveni requisitus fideliter extraxi ex ipsis Protthocolis existentibus penes Ex. DDoct. Dños Antonium et Martinū fratrem de Menelis & In quorū &

1409.

Inventarium Reliquiarum Ecclesię Aquilegiensis consignatarum Dño Bernardo de Strasoldo in conservationem die 17. Mensis Maii 1409. Indict.e 2. per Ven. Viros Dños Dominicum Serenū vice-Decanum, Jacobum Ronchon et Michaelem de Strasoldo Canonicos Ecclesię Aquilegiensis. Presentibus circumspectis viris Dño Oticino Vicario Patrię, et Rdis Presbyteris Cristophoro de Utino, Stephano de Oliva, Angelo de Cortona, Zanino de Grado, Francisco de Toscanella, Joanne de Vastę, Janio de Grado, et fre Ognaben Mansionario Ecclesię Aquilegiensis, ac Nobb. et circumspectis viris Dñis Bartholomęo de Maniaco et Joanne de Susañ Cancellario Dñi Patrię, et de huiusmodi Inventario rogatus fuit dictus Dñus Joannes Cancellarius una mecum prima positę fuerunt infrascriptę Reliquię in una capsa de abiete.

1. Liber Euangeliorum B. Marci argento deaurato coopertus sigillatus sigillo Capituli ab intra, ab extra vero super pannū quo involutus est, sigillatus sigillo Presbyteri Stephani de Oliva.
2. Baculus Pontificalis B. Petri involutus in uno panno lineo cum pede argenteo deaurato.
3. Bacculus Pastoralis cristalinus circumfultus argento cum Agnus Dei argenteo deaurato.
4. Caput B. Hermagorę argenteum cum mitra ornata lapidibus pretiosis, et humerali argenteo deaurato ornato lapidibus pretiosis.
5. Brachium dexterum B. Hermagorę deauratū cum uno añulo aureo cum pede cum litteris in eo sculptis tenens manum in modum benedicentis
6 Brachium dexterum B. Fortunati cum manu aperta cum añulo aureo in parvo digito deauratum cum pede similiter cū litteris super sculptis

7 Unum Humerale de tela cum pecuniis ligatum, et sigillatum cum quatuor annulis impendentibus ad chordulam ligaminis. Duo sacculi cum pecuniis bullati

8. Caput B. Paulini argenteum cum litteris smaltatis ante pectus.

9 Caput S. Laurentii argenteum deauratum habens in vertice crystallum in modum tonsure, sive corone clericales cum litteris smaltatis ante pectus.

10 Imago B. Virginis cum filio nudo in brachio dextero et floribus in manu sinistra cum corona fulta perlis, et lapidibus pretiosis.

11. Digitus S. Benedicti in vasculo crystallino cooperto in sumitate argento deaurato.

12. Una imago argentea cum manicis latis suffultis viridi habens unum brachium fractum tota argentea in effigie habens teotonici.

13. Unus liber Euangeliorum coopertus, unam tabulam argento deaurato cum figuris, due ampulle argentee deaurate.

14. Calices quindecim inter parvos, et magnos

15. Patene undecim parve et magne, inter quas est una tota aurea.

16. Unum Altariolum de Petra porfiretica habens ab una parte laminam argenti cooperientem totum Altariolum et circa oras argentum cum litteris versibus descriptis.

17. Crux parva argentea, et una Brochetta argentea deaurata.

18 Petie novem argenti deaurati de libro B. Marci Thuribulum argenteum deauratum. Capsula argentea Reliquiarum

19. Una corona argentea deaurata in uno vase de corio in modum scatole cum imaginibus, annulis, et figuris argenteis in Inventario per ma Joannem facto de ipsis ad plenum contentis.

20. Liber Euangeliorum habens unam tabulam ornatam argento cum Crucifixo, et B. Virgine, et Joanne Euangelista

21. Aliqua Privilegia, et Instrumenta jurium Ecclesie Aquilegiensis.

22. Una cappa alba suffulta cendato rubeo.

23. Una cappa nova alba cum Casula, Dalmatica, et Stricta suffultis cendato rubeo.

24 Una petia panni serici rubei brocata auro.

25. Casula nigra brocata auro et Cappa.

26. Cappa rubea suffulta cendato blavo.

In alia

In alia Capsa

27. Quatuor cappe rubee sufulte cendato blavo.
28. Casula Dalmatica et Stricta panni serici albi brocati auro sufulte sindone rubeo.
29. Tres Pecie Arcone argentee B. Virginis cum Capitulo cum uno Angelo
30. Due Purpure una serici viridis et alia blavi cum avibus et diversis rebus intextis.
31. Casula Dalmatica et Stricta panni albi serici sufulte cendato croceo.
32. Stricta et larga nigre panni brocati auro.
33. Palium cendati blavi cum Crucifixo de perlis.
34. Casula veluti blavi cum armis tribus a parte posteriori sufulta cendato rubeo.
35. Casula de veluto rubeo sufulta tela blava.

Extra Capsam.

36. Unus saccus cum septem saccolis Privilegiorum et Instrumentorum, ac jurium Capituli sigillatis sigillo Jacobi Amethini.

Extra Capsas.

37. Crux magna argentea deaurata cum Crucifixo.
38. Una capsa de Nuce clausa duobus seris una intrinseca et alia extrinseca cum aliquibus negotiis et rebus Camere Aquilegiensis Ecclesie sigillata sigillo Capituli, nec fuit aperta, quia claves non aderant.

Ego Joachinus de Merlatis Scholasticus Aquilegiensis, et Scriba Capituli Aquilegiensis scripsi.

(S. N.)

Ex Archivio Ill.mi Capituli Aquilejensis presentem inventarium educere feci requisitus, et facta incontratione rogatus subscripsi et signavi de more
Antonius Martinelli P.s V. A. N.s Collegiatus Utinensis et ejusdem Ill.mi Capituli Cancellarius

Utini die 19. Martii 1720. L. D. O. M.

156.

Acta inter Angelum Corrarium dictum Gregorium Papam Duodecimum, et Petrum de Luna nuncupatum Benedictum Papam Decimum tertium. Nec non de Sanctæ matris Ecclesiæ schismate deplorabili eorum tempore. Nonnulla monumenta circa ea, quæ in Patria Fori Julii vel alibi hinc gesta fuere.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Venn. Fratribus Antonio Patri Aquilejensi eiusque Suffraganeis, et dilectis filiis electis Abbatiis et aliis Ecclesiarum Monasteriorum Prelatis, Capitulis, et Conventibus exemptis et non exemptis per Aquilejensem Provinciam constitutis salutem, et Apostolicam Benedictionem. Eo celerius, Venn. fratres et dilecti filii Litteras nostras ad fraternitatem, et devotionem vestras scribere properavimus, quo majorem letitiam et eisdem litteris cum studia et desideria nostra circa pacem et redintegrationem Christianorum cognoveritis vos credidimus suscepturam. Etenim fel. record. Innocentio Papæ VII. Predecessore nostro VIII. Idus Novembris ab huius seculi mortalitate sublato, cum post exequias, ut moris est, solemniter celebratas Venn. fratres nostri S. Matris Ecclesiæ Cardinales, de quorum numero tunc eramus invocata spiritus Sancti gratia in Palatio Apostolico apud S. Petrum pro electione futuri Romani Pontificis Conclave intravissent multis tractatibus per plures dies habitis tandem tunc tituli S. Marci Presbyterum Cardinalem unanimiter oculos direxerunt Nos in Romanum Pontificem concorditer eligentes. Nos vero quamquam pro imbecillitate nostra tantum onus subire formidabamus, tamen in eo qui mirabilia facit, spe concepta submisimus humeros, non de nostra virtute sed de summi Dei cuius procul dubio res agitur benignitate confisi curæ Pastoralis officii non pro nobis, sed pro Dei honore et publicæ utilitatis commodo suscepta ad illud ante omnia convertimus animum ut cum effectu hanc pestiferam et exitialem scissuram, quæ per tot annorum curricula populum Christianum pervasit, ad redintegrationem, et unitatem reducamus super quo tantam gratiam speramus nobis ex alto prestari, ut jam nobis suascimus brevi temporis spatio hoc quod cupimus ad effectum deducere atque ut omnibus notum sit animi nostri propositum decrevimus non juri nostro quod verissimum est innitentes, tollere omnem effectum, et effectu tam

iuris

juris quam facti, quantum Nobis rationabiliter esse potest, quo impediri valeat gratissima Christianorum unio, ne tantis calamitatibus subjiciatur sacrosancta Ecclesia, sed quo validiora, firmiora et certiora sunt jura nostra, et quanto magis de illis nullatenus dubitamus tanto laudabilius esse ducimus pro pace Christianorum illa deponere, non enim semper juri inhaerendum est, sepe utilitatis et temporis habenda est ratio. Itaque omni contentione deposita ad adversarium nostrum jam scripsimus ipsum ad pacem et unionem benigne invitantes, atque offerentes Nos paratos ad juris nostri cessionem, et Papatus renunciationem efficaciter faciendam per Nos, si et quando ipse Adversarius, vel ejus successor quicumque hoc idem faciat renuntians scilicet pretenso juri, et Papatui suo, vel decedat dummodo illi qui apud dictum Adversarium pro Cardinalibus se gerunt sic convenire sic concordare cum ipsis Fratribus Nostris velint cum effectum ut exinde canonica unici Romani Pontificis electio subsequatur, nec non offerimus omnem aliam viam rationabilem, per quam scissura tollatur, et unionis sequatur integritas, quam oblationem ut strictiori vinculo fieret juravimus, vovimus et promisimus ante electionem nostram eodem vinculo efficaciter implendam cum singulis ex ipsis fratribus, in casu quo aliquis Nostrum ad apicem summi Apostolatus esset assumptus post ipsam assumptionem ipsam ad firmiorem constantiam denuo jurantes, voventes, promittentes ac ratificantes. Oratores etiam Nostros celeriter missuri sumus, qui de loco idoneo ac decenti cum eisdem disponant ad huiusmodi unionem faciendam. His igitur cognitis de pace, atque unitate Ecclesie bonam spem suscipere vestra fraternitas, et devotio debent. Nam profecto confidimus tempus advenisse, in quo unum Christianorum circa quod nostris piis Oratoribus ferentes opem, implebunt vota, in certis autem rebus, que ad vos atque vestros attinent gratiam, et benignitatem nostram promptissime offerentes. Tenor autem Litterarum nostrarum quas circa premissa prefato Adversario Nostro dirigimus, sequitur, et est talis

Gregorius Eps Servus Servorum Dei Petro de Luna quem nonnulle gentes in hoc miserabili climate Benedictum XIII. appellant pacis, et unionis affectum. Qui se humiliat, inquit veritas, exaltabitur, et qui se

exaltat

exaltat humiliabitur. Cujus saluberrimas mo-
nitionem quanto ex alto Nobis promittis obedien-
ter sequentes decrevimus per Litteras nostras om-
ni contentione reposita benigne te affari, et ad re-
integrationem Ecclesiae cohortari, imo te invitare
ad id consilium capescendum, quod Nos ipsi pro pa-
ce christianorum accepimus. Vides quanta ma-
la quanta pericula quanta incommoda quanta de-
nique Christianae Religionis infamia jam per
triginta annos ex hac pestilenti ac nefaria sedi-
tione in populo Dei provenerint. quantaque nisi
provideas sint quotidie perventura. Horum om-
nium malorum, que causa ab initio fuerint cer-
tum vides, quibus rigor justitiae non cessit, nec for-
sitan equitas pervicerit. Nihilominus tam graves
molestias christianam Religionem perpessam no-
dicitas, si hinc quanto errorum incentio fiat dubium
est remedii locus, quomodo Ecclesia in solitis ma-
neat angustiis. In qua re tu de ipso ac de conscien-
tia tua videris. Nos mentem atque intentionem
nostram apertissime profitebimur. Non est con-
silii nostri tempus aliquo modo terere, sed quo
validiora certiora firmiora sint jura nostra tan-
to laudabilius duximus ea pro pace et redinte-
gratione christianorum relinquere. Non enim sem-
per de summo jure disputandum est. Sepe rigor ip-
se et utilitati, et tempori cedit. Nam si mulier
suis et suo juri renunciare et proprio filio spo-
liari se voluit, ne sectionem unicus pueri viderет,
quanto magis Nos, si malitia operante ad op-
tatam unionem venire non possimus per jus-
titiae vias, pie cedendum vides. Quare exurgamus
ambo, in unum animum affectum concurra-
mus, feramus salutem Ecclesiae jam hoc diu-
tino morbo afflictae, ad hoc te hortamur ad hoc
te invitamus, paratique sumus, et offerimus no-
stro verissimo juri et Papatui cedere, et renuntia-
re, et efficaciter faciemus, si et quando tu re-
nuntiabis et cedes pretenso juri et Papatui tuo,
vel decedes, vel quicunque successor tuus renun-
tiabit et cedet pretenso juri et Papatui tuo vel de-
cedet, dummodo illi, qui apud partem tuam pro
Cardinalibus se gerunt, sic convenire et concor-
dare cum venerabilibus fratribus Nostris S. Romane
Ecclesiae Cardinalibus velint in effectum ut exin-
de Canonica unici Romani Pontificis sequatur
electio. Itaque ut predicta expeditiorem consequan-
tur effectum celeriter mittemus Oratores Nostros

qui tecum

qui tecum de loco habili, et decenti ad huiusmodi rei confectionem disponant. Et insuper pendente huiusmodi unionis tractatu non faciemus neque creabimus aliquem Cardinalem, nisi forte causa adequandi numerum fratrum nostrorum cum numero illorum, qui apud te pro Cardinalibus se gerunt, ut sic pares pro utraque parte ad solemnem et Canonicam electionem unici Romani Pontificis deveniri possit. Extra hanc coequationis causam, nullum, ut dictum est, creare decrevimus, nisi ex defectu tuo, vel partis tue steterit quominus unionis prefate conclusio in annum, et tres menses a die intronizationis nostre computandos fuerit subsecuta. Hoc autem quod de non creandis Cardinalibus tractatu huiusmodi pendente diximus ita locum habere intendimus si tu quoque idem observabis. Hanc vero oblationem, et insinuationem de Cardinalibus non faciendis, ac superiorem oblationem renunciationis modo prefato, sub strictiori vinculo ferens juravimus, vovimus et promisimus ante electionem nostram, eodem vinculo effectualiter implendis cum singulis ex nostris fratribus antedictis in casu quo aliquis nostrum ad apicem Apostolatus esset assumptus post ipsam assumptionem id ipsum ad firmiorem constantiam tenere juvantes, voventes et promittentes atque ratificantes. De hoc autem quod Bulla sine impressione Nostri Nominis est impressa presentibus nullus debeat admirari, nam ante coronationis nostre solemnia usus prefate Bulle cum huiusmodi impressione nominis non habetur.

Datum Rome apud S. Petrum XII. die ab assumptione nostra, XI. vero Decembris Anno a Nativit. Dni M.CCCCVI.

Karolus Dei Gratia Francorum Rex. Egregiarum circumspectionum viris, et amicis nostris Carissimis pro Cardinalibus se in Roma gerentibus salutem. Miserandi, lachrymantique Matrimonii Ecclesie condolere cognoscitis absente si id fallimur dilecti, et fideles amici Carissimi quam in gravibus doloribus quantis, et continuis anxie-

tatib.

tatibus ob duorum nefandorum abominatione
qui diu de Papatu contendunt sacrosancta Ec-
clesia magis in dies affligitur, magis laceratur, et con-
cutitur. Videtis nunc miserabilem et horrendam
atque nisi Deus ex alto piis oculis eam aspexerit,
subversionem. Unde gemebundo et anxio viscero
tenemur, commovemur cujus desolatione pie con-
dolentes et eo magis quo ad consolationem ejus
procurandam magis ex debito obligamur, ad quam
rem peragendam quantos labores quantas solli-
citudines in Conciliis celebrandis in Legationibus
per Christianum orbem transmittendo Nostra ab
inclyta adolescentia Deo et Vobis testibus adhibui-
mus satis, et saepe potuistis perpendere. Ut igitur
vetera nunc vetustissima omittamus, et novis-
sima capiamus post multos variosque labores
circa viam mutuae cessionis iteratos et adhibitos
post obitum illius, qui apud nos Innocentius di-
cebatur, Angelum Corarium quem nunc Gregorium
appellatis in vestrum Papam sub votis et jura-
mentis de renunciando et cedendo Papatui ele-
gistis, quo electo ab eodem litteras accepimus con-
tinentes quod Petrus de Luna cui tunc ut Papae
obediebamus mortuo vel cedente erat pro unita-
te Christianorum juri suo praetenso renunciare
paratus et dictum Petrum de Luna ut similiter
ageret per similes Litteras hortatus est, qui suas
Bullas super hoc misit. Tunc profecto magno,
et ineffabili gaudio exultavimus quando am-
bo de Papatu contendentes in eandem sententiam
in viam cessionis convenire, et totum Mundum
inde gaudere et in Dñi prosecutionem esse una-
nimes videbamus. Et ut a Nobis consolaremur so-
lemnes nostros, et Ecclesiae Regni Nostri Ambaxia-
tores in magno et notabili numero de nostra
intentione et voluntate ad plenum edoctos pri-
mo ad dictum Petrum de Luna, deinde ad dictum
Angelum transmisimus. Et quamquam apud
eosdem contendentes per magna tempora unio-
nem nostro nomine prosequentes permanse-
runt, nihil tandem quod Deo gratum, quod Mun-
do utile esset, reportaverunt ab eisdem annum et
plusquam annum in Legationibus unius ad al-
terum destinando in locis difficultando in coloniis,
quilibet pro sua parte ad sui excusationem quae-
rendo consumpserunt, nec in orbe toto locum

invenire

invenire voluerunt ubi sua vota et juramen-
ta adimplerent, ubi lugenti et desolatæ Ecclesiæ pa-
cem darent. Quis nunc eorum malitiam, frau-
dem, et iniquitatem clare non videat? Quis eosdē
turbatores pacis, impeditores unionis non acci-
piat? Quis talibus de cætero obediret? Violarunt fi-
dem, fregerunt votum promissum non tenue-
runt, et sponsā Christi ante pedes eorum viden-
tes prostratam eidem manus relevantes et sce-
lestum facinus. Oh nefanda temeritas! Oh talibꝫ
viris ad pacem Ecclesiæ dandam inter mortales
obligatis indignæ macula nunquam eorum
delenda de frontibus, qui dum opportunitatem
assequendo pacem percepérint, et qui pavidi exis-
timaverimus....... suorum scelerum conscii
se mutuo in præsentia saltem Collegiorum vi-
dere non visi sunt verentes forsitan, ne volun-
tas Altissimi, quæ mentes hominum....., et cu-
jus Majestati manifesta sunt omnia, eorum
fraudes, et collusiones et errores longis incognitis
temporibus in eorum perniciem clarescerent, et
alia majora satis scire arbitramur, et quantum
zelum ad pacem Ecclesiæ habuerimus, qualiter
vero processerimus videre potestis: etenim ambo
adeo obstinati sunt, et dura fixa obfirmati
ut pacem dare recusent. Vos quibus consequen-
dæ pacis spes ob defectum et vitium eorumdem
velicta est, rogitamus, et cum instantia per Deū
immortalem, per ejus aspersionem sanguinis, si
qua vobis fidei et christianæ Religionis integritas,
et ad matrem Ecclesiam misericordia, pietas, re-
quirimus et hortamur, ut dimisso dicto Ange-
lo vos in unum locum conferatis, et conventio-
nem cum nostris Cardinalibus procuretis. nam
si locum in unum conveniētis, non dubitamus
quin in ipsorum contendentium contumaciam,
et attentam aperta rei necessitate, quæ nun-
quam subest legibus Ecclesiæ provisum sit neck-
iterum tantum aut legibus, imo miserandæ ne-
cessitatis oculum habeatis, qui cunctis casibꝫ
futuris, et maxime tanto casui inopinato, impe-
ratoque non valuerunt decreta, sicut opus est
providere, nec gemitus aliquis, quod propter lon-
gas dilationes et duras fatigationes resilire a nos-
tro proposito, aut desistere decrevimus. Qua in re
prosequenda ferventiores efficimur, quo magis res

eadem

eadem longa sit, imo res et dilationem protrahat. Si vero huiusmodi ratione rogatione pariter et requisitioni acquieveritis nostrum auxilium, consilium, nostras opes, nostrum Regnum, nostra denique omnia vobis non denegabimus, imo vos et vestrum singulos omni amori, gratia, et favore, et Ecclesiam sanctam obsequio affectorio, et honore amplectemur. De ceteris, quae rem circa obregendam in causam vestrae conventiones, et nostram voluntatem atque affectionem concernunt dilectos ~~[illegible]~~ fideles consilio Ambaxiatores nostros Patriarcham Alexandrinum et alios Collegas suos nunc apud vos gratia prosequendae pacis Ecclesiae instruc ad plenum volumus, quorum dictis fidem velitis indubiam adhibere, et requisitis dictis pro parte vestra faciendi totis conatibus attendemus.

Datum Parisiis Anno Dñi MCCCCVIII. die XXII. Maii.

Appellatio Dominorum Cardinalium super gravaminibus infrascriptis per Dñum Gregorium, ut fertur Papam XII. ipsis illatis infrascribitur:

In christi Nomine Amen Anno Nativitatis ejusdem MCCCCVIII Indne prima die Dominico XIII mensis Maii hora tertiarum vel quasi Pontificatus Dñi in Christo Patris & anno II. In Civitate Pisarum in Archiepiscopali Palatio videlicet in Camera in qua Rmus D Antonius Episcopus Prenestinus personaliter residebat presentibus ibidem Magnifico et egregio viro Ioanne qm Dni Francisci de Cavinij Laurentio Annibal de stephanesf, Valeriano de Sugiapanibus de Urbe Regionis transtiberini. Dño Bartholomeo Ioanne de Montegebato, Dño Angelo Iusti Canonico Lateranensi et Legoginisalvi Salvi Canonico Lateranensi et alijs quamplurimis testibus ad hoc specialiter vocatis, et rogatis.

Cum hoc sit quod pridie videlicet die Veneris quarto mensis presentis Maii hora tertiarum vel quasi Pontificatus & Stmi Dnus Noster Gregorius Papa XII. infrascriptus et alijs Rmis Dnis Cardinalibus Sanctae Romanae Ecclesiae nunc residentibus in

Civitate

Civitate Lucana certa mandata fecerit, de quibus infra fit mentio, ipsique infrascripti D. Cardinales quamvis praedicta mandata crederent, reputarent omnino, tenerent fuisse et esse nulla et omnino invalida de jure, et ab eis in quantum forent aliqua, quod non credunt vellent, et cuperent appellare, ac contra ea appellationis remedio se tueri, quod ad sublevationem gravatorum, et oppressorum dignoscitur institutum, quia tunc facultas appellandi non affuerit propter justissimum metum, qui cadere poterat in constantem, ut seriosius infra patebit. Idcirco praelibati Dñi Cardinales, quorum, ut praefertur, nomina describuntur inferius nunc consistentes in Civitate Pisana, et loco eius tuto, in quo omnis metus cessare dignoscitur quam primum potuerunt opportunitate capta ad praeservationem juris sui cum copiam personalem praelibati Dñi Nrĩ Papae non haberent, nec et hic personaliter existentes coram Rmis in Xpto Patribus Dñis Thoma Episcopo Conibon. Bartholomeo Epõ Mauren. tamquam coram Venerabilibus, et honestis personis in dicto loco personaliter existentibus, et sedentibus infrascriptam appellationem in scriptis legi fecerunt, et petierunt omni via, forma, et jure quibus melius, et efficacius de jure possunt, et debent, cujus quidem appellationis de verbo ad verbum tenor sequitur [illegible] talis.

Coram Sanctitate Vestra, B.me Pater, cum omni debita reverentia in his scriptis appellando proponunt humiles servitores vestri Angelus Ostiensis, Antonius Praenestinus Episcopi, Conradus titulo S. Grisogoni, Jordanus S. Martini in Montibus Presbyteri, et Raymundus S. Viti in Macello, Oddo S. Georgii ad velum aureum et Joannes SS. Cosmae et Damiani Diaconi Cardinales S. Romanae Ecclesiae, quod ad notitiam ipsorum pervenit, quod eadem Vrã Sanctitas nuper nondum decem dies elapsis, dum in Civitate Lucana moram traheret minus bene informata eisdem aliqua praecepta fecerit, quae de jure sunt nulla, et quatenus essent aliqua, cum semper reverentia loquendo sunt iniqua, et injusta. Primi mandati tenor talis est.

Praecipimus omnibus, et singulis Cardinalibus existentibus in Romana Curia sub poena privationis Cardinalatus, et omnium officiorum, et beneficiorum suorum

quod quilibet

quam quilibet eorum incurrat ipso facto, ne ab ista
die xv. videlicet Maii in antea aliquis eorum exeat
de Lucca sine speciali et expressa licentia nostra
per Nos overenues sibi facta. Cujus mandati iniqui-
tas et nullitas manifeste patet. Primo quia non
poterant ibi morari cum securitate personarum
suarum sine metu carceris, et mortis, et aliis, quae
cadere possent in constantem virum, maxime quia
die Veneris xv Maii cum irent ad Palatium invene-
runt domum habitationis Vrae et intrinsecus
conclavibus plenam viris et satellitibus armatis
ultra solitum morem custodiae, et in locis insoli-
tis et ultra armaturam solitam, et dictum fuit
eis a fide dignis et veridicis personis quod aliqui
ex dictis Cardinalibus debeant interfici, quod postea
rei declarat eventus. Nam cum D. Cardinalis
Leodiensis de Lucca recessisset fuerunt, ut notorie
patuit, nonnulli ex dictis armatis destinati, qui-
bus etiam mandatum extitit, eum ut caperent,
et si ipsum capere seu ducere non possent, eundem
D. Cardinalem deberent occidere, qui et insequen-
tes post redditum eorum per Dominicum Lucca-
num capti fuerunt et in carcerem detrusi. I-
tem quia domus praefati D. Cardinalis postea per
gentes Sanctitatis Vrae ultra omnem modestiam
posita fuit ad saccomanum in Lucca et fami-
liares ejus capti et detenti, et torti, et reliqui om-
nes dictorum Cardinalium carcerati et hoc absque
aliqua justa causa, sed tantum quia sollicitabant
causam unionis sanctae matris Ecclesiae, prout de
jure ex juramento tenentur, et quia non sentie-
bant creationem novorum Cardinalium, prout de
jure non poterant, nec debebant, quia nec P. S.
jure potestis creare, nec debetis obstante obligatio-
ne facta in Conclavi et ratificata et iterata post
assumptionem Vram ad apicem summi Aposto-
latus. Item quia in domo Vra nocte praecedenti
fuerunt fabricati ceppi cum compedea pro car-
cerandis et detrudendis Cardinalibus. Item quia
non consuevit, nec de jure debet aut potest tam
gravis pena pro tam levi culpa talibus viris et
talis conditionis imponi, cum etc. gravissimis
tantum, et cum solemnitate magna, quae in-
terlocutorio praecepto servata non fuit, possint,
seu debeant Cardinales privari Cardinalatu et non
aliter. Item quia secundum obligationem factam

in Conclavi

Conclavi, et votum, et juramentum ipsorum oporte-
ret eos convenire cum aliis neverro collegis in lo-
co idoneo Cum autem civitas Lucana fuit jam
per aliam partem recusata tanquam locus non
idoneus necesse erat eos exire Civitatem Lucanam
pro prosequendo negotio unionis et servando jura-
mento suo. Item quia jam per vos D. S. et ipsos
Cardinales de voluntate vestra fuerit oblatum de
eundo ad Civitatem Pisanam si altera pars veniret
Liburnicum, que oblatio per aliam partem certo mo-
do fuit acceptata necesse erat eos se conferre Pisas,
ut servarent fidem et obligationem suam, quo omnia
dictum mandatum fuit nullum et omnino i-
niustum. Item per hujusmodi mandatum con-
tra jus et justitiam indicebatur carcer et cum ni-
hil distet, quem carceri mancipari, vel inter pa-
rietes murorum coarctari, et sic incipiebat ab
execucione, et a carceribus contra viros in tanta
dignitate constitutos, quod omnia jura detestantur.
Aliud mandatum, quod fecit S. Vrã eisdem Cardina-
libus fuit tale. Item sub pena perjurii quam in-
currant ipso facto precipimus, et mandamus
eisdem, ne ulterius congregent in aliquo loco si-
ne expresso mandato nostro. Cujus quidem pre-
cepti nullitas, et injustitia patet manifeste. Pri-
mo quia mandatum hoc est contra jus Colle-
gii quod habent Cardinales de jure et antiqua
consuetudine a tanto tempore, cujus initii me-
moria non existit, quod jus Collegii principali-
ter existit in conveniendo simul ad tractanda
negotia ipsum Collegium pertinentia, quod jus,
et facultas ab eis sine causa auferri non debuit
Item quia Cardinales de jure tenent collegialiter
interesse tractare et conferre de causis fidei, he-
resum, et schismatum et in Conclavi etiam se
obligaverunt solemniter per votum et juramen-
tum, ac mutuam fidem tractare universali-
ter, et singulariter de uniendo Ecclesiam, quod
fieri non poterit, nisi collegialiter congregentur.
Hanc igitur facultatem eis intercidere est non
solum nolle per se attendere ad unionem Ec-
clesie, sed et prohibere ipsis, ne ipsam attendant,
quod omnino est iniquum, et abominabile, quod
juramentum fuit in ipsos Cardinales, vel aliquid
ipsorum, quod se non congregabunt, et juramen-
tũ fidelitatis

tum fidelitatis et obedientie sicut prestiterunt, et extendat ad hoc quod de jure possunt facere, incongrua omnino, et inconveniens ac iniusta fuit pena perjurii transgressioni talis mandati seu precepti.

Tertium preceptum, quod fecit ipsis Cardinalibus S. V. fuit tale. Item sub eadem pena, quam incurrent ipso facto precipimus, et mandamus eisdem, ne aliquis eorum participet cum Oratoribus Petri de Luna, neque cum Oratoribus Gallicis, sive per se, sive per interpositam personam, cuius quidem precepti nullitas, et iniquitas manifeste patet. Primo quia cum ex voto, et juramento sint astricti nihil est mittere de contingentibus necessariis vel quomodolibet opportunis, seu utilibus ad sanctam unionem, que obtineri, et perfici non potest, nisi habendo tractatus et colloquia cum altera parte cum internunciis ad hoc missis maxime cum per V. S. ad hoc tractandum fuerint acceptati et preceptum est manifeste contra dictam obligationem, juramentum, et votum et per consequens nullum, et injustum. Item preceptum est hoc contra charitatem, in qua qui non manet, in Deo non manet, et quia quilibet fidelis christianus in quantum potest errantes ab erroris semita revocare quod utique fieri non potest absque participatione et colloquio.

Non ergo debuit prohiberi maxime talibus quorum officium est revocare Christianos ab heresibus, et scismata. Quare B.me Pater, prefati Sancte Romane Ecclesie Cardinales et servitores vestri cum omni reverentia, et humilitate exponunt, et dicunt talia precepta esse nulla, et de jure nullatenus eos astringi ad observantiam eorumdem. In quantum autem forte forent aliqua, seu alicuius roboris, vel momenti dicunt ipsa esse, et fuisse iniqua, et injusta, et se ex dictis preceptis fuisse et esse gravatos contra omnem justitiam, et debitum suum et ab ipsis preceptis, ac omnibus aliis gravaminibus post predicta si forte secuta est, et si qua sequens in posterum prefati Cardinales quantum eis licet, et quantum possunt provocant in his scriptis, et appellant, et primo quia ratio appetitum nostrum esse superior et intellectus dominari sensibus a vobis, Pater Beatissime irrationabiliter et ...

... verte

.... non rectam informationem ... ad cornes.... rectius et melius informatum, et si pervmanus discretio requiriz a vobis, Pater Sancte, ejus vicario ad Dominum nostrum Jesum Christum, qui judicaturus est vivos et mortuos, et seculum per ignem. Item ad generale concilium, a quo, et in quo solent gesta Summorum Pontificum quomodocumque judicari, et decerni. Item ad Papam, et Pontificem futurum, cujus est gesta et inordinata suorum Predecessorum in melius reformare. Super qua appellatione Cardinales antedicti apostolos instantissime petierunt sibi dari et exhiberi debere protestantes pro hoc eorum appellatione pendente nihil contra ipsorum, et in eorum prejudicium debeat quomodolibet attentare. Et quia in Civitate Lucana eis non licebat sine maximo et imminente personarum suarum periculo talem appellationem interponere, et intimare, ideo ex tali justo metu distulerunt donec ad locum tutum devenerunt quam protestantur, ne ex lapsu temporis prejudicium eis fiat. Quam quidem appellationem prefati Domini Episcopi et Abbates, coram quibus, ut prefertur, interposita fuit omni modo, via et forma, quibus melius de jure potuerunt, et possunt admiserunt pariter et admittunt. Super quibus etiam omnibus et singulis prefati Cardinales petierunt a Nobis Notariis infrascriptis sibi fieri, et confici unum, vel plura publica Instrumenta ad dictamen, si expedierit sapientis.
Actum in Civitate Pisarum Anno Domini MCCCCVIII.
Et quibus supra presentibus testibus suprascriptis

Benedictus Episcopus Servus Servorum Dei Angelo dicto Corrario, qui in hoc pernicioso schismate se facis nuncupari Gregorium XII. pacis et unionis affectum pariter et effectum. Si te faterí veritatem non pigeat, presertim cum sit notorium, celare non potens ea, que Nobis tuis litteris intimando etiam divulgando per Orbem ut ex utriusque cessione pax daretur Ecclesie, ad quod scriptis tuis per Nos ad hoc cessionis viam offerendo, dato responso, et de conventione in Civitate Savone, pro executione oblatorum hinc inde secuta concordia convenire in statutis terminis renuisti, et quibusdam interpositis per te excusationibus frivolis post dilationes varias

a te datas

a te datas post adventum nostrum ad hunc locum,
ad quem Nos traxerunt ipsi caritas et fervor com-
passionis animarum bona fide simpliciter inten-
dentes non absque nostra et nostrorum fatigatione,
et gravi personarum jactura Nos per plurium men-
sium intervalla cum christianorum scandalo de-
tinuisti tantummodo per verba. Et quod referimus
displicenter denegatis multis et nonnullis per te
oblatis, quae ad executionem concordatorum ad u-
nionem perficiendam erant quamplurimum u-
tilia et optima, de ulteriori tecum tractatu super
huiusmodi unione prosequenda omnem spem
tollendo nuncios nostros per prorogationem salvi
conductus eisdem, et audientiam denegando a tua
praesentia vacuos remisisti. Haec autem libenter si-
lentio transiremus, nisi tua contumacia reciperet
ex nostra taciturnitate fomentum. Postquam autem
apud te passa est frequens nostra haec instantia re-
pulsam propter quaedam in nonnullis partibus qui-
busdam instigantibus innovata absque personali nos-
tro et nostrorum periculo in his partibus moram
trahere non valentes, cum apud te, ut clare cerni-
tur, proficere non possimus, nolentes Deum attemp-
tare imminente periculo ad aliquem locum ubi Nos
cum Nostro Collegio valeamus hoc tribulationis tem-
pore reponere in securo de fratrum nostrorum con-
silio eorumque instantia pulsati decrevimus decli-
nare. Sed ne videamur sicut nec intendimus qua-
cunque adversitate intercedente huiusmodi prose-
cutionem unionis dimittere sic neglectam de dictorum
fratrum consilio deliberavimus nuncios nostros plena
potestate suffultos, qui si velles ad eos reverti possent
ad effectum oblationum procedere efficaciter in agendis
impedientibus tamen Ambaxiatoribus Cariss.[mi] in Xpto
filii Nostri Karoli Regis Francorum illustris in his
partibus moram trahentibus salvus conductus dictis
nunciis necessarius non potuit obtineri. Quid autem
super hac re ulterius summo Deo auxiliante facturi
intendimus breviter universis christi fidelibus in-
timare. Tu vero, o Homo, si scintilla compassionis ani-
marum in te viget, quae secundum Deum pro bono u-
nionis agenda restant considera et ad ea, quae obliga-
ris ex debito pro Dei misericordia te disponas, reseca-
tis carnalibus desideriis, quae contra animas militant
non cessant. Nos enim ad oblata per Nos semper

promptos

promptos reperies preteritos defectus nos in contumaciam si bene egeris in memoria tenentes Deum enim invocamus in judicem, et negotiorum notorietatem in testem, quod per Nos non stetit, stat, aut stabit, quin vera unio in Dei Ecclesia celeriter habeat.

Datum apud Portum Veneris Januens. Diœcesis Idibus Junii Pontificatus Nostri Anno XII

Bulla Dñi Gregorii super Generali Concilio habendo proxime facienda.

Gregorius &c. ad perpetuam rei memoriam Cum tota nostræ mentis intentio sit christianorum Ecclesiam integraliter reunire, palpato per experientiam rerum magistram, quod per viam renunciationis obstante iniquorum malitia id efficere hucusque et perficere nequivimus quam pure et sincere obtulimus, et in eadem perseveranter perstitimus, et adhuc persistere non desistimus secundum formam, et intentionem nostri voti, et juramenti nescientes secreta consilii sepenumero per effectus demonstrat, quia vanæ sunt cogitationes hominum ad viam juxta et consuetudinis antiquis approbatam, Nos convertimur ad generalem, quod omnes vias ad unionem concludit nullam penitus excludendo, quodque congregare solius Romani Pontificis esse dinoscitur sine cujus auctoritate non Concilium, sed conventiculum aut Conciliabulum dici, ex debitis nullum existere. Ad festum Pentecostes immediate sequentis celebrandum, et in Provincia Aquilegiensi vel Exarchatu Ravennatis Domino auxilio invocato de fratrum nostrorum consilio auctoritate Apostolica presentium tenore indicimus et etiam convocamus per Apostolica scripta mandantes Venerabilibus Fratribus nostris universis, et singulis Patriarchis Archiepiscopis, Episcopis, et dilectis filiis electis, et aliis Ecclesiarum Prelatis, et reliquis in Prelaturis, et dignitatibus constitutis, qui solent ex dignitatibus aut Prelaturis in hujusmodi generalibus Conciliis

interesse

interesse, quatenus ad idem se personaliter in eisdem loco, et tempore transferant tempore debito scituri locum, quem ex eis duxerimus eligendum, quem quidem locum nunc expresse denuntiare nequivimus propter varias circumstantias, quibus locus talis unitati et pacis debet mero circumcingi. Et quoniam hoc pestiferum schisma tolli verisimiliter non speratur, neque dari integritas unionis populo Xpiano cum effectu sine Dominorum temporalium voluntate, quorum honor et status tangitur, Carissimos in Xpto filios nostros Rupertum Romanorum, et alios Reges, ac Nobiles viros Duces Principes, ceterosque Potentatus, nec non Comitatum, et Universitatum principalia Regimina regentium requirimus, et monemus et exhortamur in Dño, quatenus ad idem Concilium personaliter veniant, aut aliquos viros solemnes doctos et Deum timentes transmittant, ut fiat Deo adjuvante pax, et unitas populo Xpiano. Nulli ergo &c. Nostre indictionis convocationis mandati requisitionis, monitionis et exhortationis &c. si quis &c.
Datum Lucie VI Non. Julii

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus fratribus Episcopis suffraganeis Sancte Aquilegiensis pro tempore existentibus, et dilectis filiis electis Abbatibus, Prepositis, Archipresbyteris, Decanis, Plebanis ceterisque Ecclesiarum et Monasteriorum quorumlibet, ac Nobilibus viris Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Vicecomitibus, Militibus Domicellis, Universitatibus, et singularibus quibuscumque personis per Provinciam Aquilegensem constitutis, et quibuscumque Feudatariis Vassallis, colonis, Agricolis, et censualibus prefate Aquilegensis Ecclesie, ad quos presentes littere nostre pervenerint salutem et Apostolicam benedictionem. Cum hac presenti Ac Anthonius olim Patriarcha Aquilegiensis ~~Aquilegensis~~ suis culpis et demeritis exigentibus legitimis tamen prius habitis, et factis processibus per definitivam sententiam auctoritate nostra dicta Patriarchatu, et Aquilegensi Ecclesia cui antea prefuit per dilectum filium Anthonium nunc titulo S. Petri ad vincula Presbyterum Cardinalem, Camerariumque nostrum ex commissione per Nos eidem Camerario

tem Camerario tunc Bononien. Episcopo facta sententialiter privatus fuerit, et amotus realiter ab Aquilegiensi Ecclesia supradicta prout in sententia lata per ipsum Camerarium contra dictum olim Patham, cuius tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso plenius continetur. Nos intendentes, ut eidem Anthonio olim Pathe obedientia, reverentia, aut honor debitus Pathe existenti pro tempore de cetero nullatenus impendatur, nec de fructib, redditib, proventibus et obventionibus dicte Ecclesie Aquilegiensis, vel eius mense censib, seu responsionibus aliis Ecclesie, Pathe, seu mense prefate unitim, seu divisim debitis, et debendis respondeatur in aliquo volumus et universitati vestre, ac vestrum singulis presentium tenore districte precipiendo mandamus singula singulis referendo quatenus deinceps ipsi Anthonio olim Pathe, vel aliis pro eo reverentiam, seu obedientiam, vel honorem tanquam Pathe nullatenus in posterum impendatis, aut respondeatis de fructibus, redditib, proventib, censib aut responsionib aliis supradictis. Sed fructus, redditus, proventus, census, et responsiones huiusmodi cum diligentia conservare et custodire teneamini, ac etiam debeatis quousque super his, et per alias nostras litteras facientes plenam et expressam de presentibus mentionem duxerimus injungendum sub pena excommunicationis nec non privationis Ecclesiarum, Beneficiorum secularium et Regularium nec non feudorum, Privilegiorum, et Gratiarum nec non dignitatum quarumlibet, a Romana Aquilegiensi, seu aliis Ecclesiis Romanis imperio Regibus Principib Universitatib, seu singularib personis quomodolibet obtinueritis. In quas quidem penas prout quemcunque concernere possunt contrafacientes incurrere volumus ipso facto. Volentes etiam et mandantes dilectis filiis.... Regiminibus, et Magistratibus Terrarum Civitatis Austrie, et illius et uniuscuiusque earum Aquilegensis Diocesis, quatenus sub dictis penis, quas et ipso facto incurrant premissa omnia teneantur per universam Provinciam supradictam celeriter intimare ad plenam notitiam provincialium, et aliorum superius contentorum, ac de his, que in premissis agerent Nos celeriter informare.

Datum Luce, IIIIo Iunii Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Alexander

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei Venerabi-
libus Fratribus Episcopis Suffraganeis, et dilectis Fi-
liis electis Abbatibus, cæterisque Ecclesiarum, et Mo-
nasteriorum Prælatis, nec non Nobilibus viris Prin-
cipibus, Ducibus, Marchionib., Comitib., Comunita-
tibus, Universitatibus, et singularibus quibuscun-
que personis tam Ecclesiasticis quam secularib. cu-
juscunque dignitatis, status, gradus seu conditio-
nis existant per Aquilegiensem Provinciam con-
stitutis, nec non Parlamento dictæ Provinciæ, et qui-
buscunque aliis Patriæ, seu Aquilegiensis Ecclesiæ
quomodocunque suppositis, ac in quibuscunque
partibus consistentib., ad quos præsentes literæ per-
venerint salutem, et Apostolicam benedictionem.
Cupientes prout ex injuncto nobis desuper onere
ministerii pastoralis obnoxii nostram filiam præ-
dictam ac Nobis, et Romanæ Ecclesiæ immediate su-
biectam Ecclesiam Aquilegiensem et ejus jura ho-
nores et bona, ac Ven. Fratris nostri Anthonii Patriæ
Aquilegiensis ob ejus firma et fidelia studia et
opera fructuosa, quæ pro desiderabili unione in Dei
Ecclesia, ac extirpatione pestiferi schismatis statu,
et honore nostro et ejusdem Romanæ Ecclesiæ us-
que ad gravarum angustias contra perditionis
alumnum Angelum Corrario, qui se Gregorium XII.
ausu temerario nominare præsumit hæreticum at-
que schismaticum, suis demeritis exigentib. per
generale Pisanum Concilium sententialiter con-
demnatum ac ejus adhærentes complices et sequaces
subire non destitit, et non desinit etiam de præsen-
ti a cunctis ingruentium malorum incursibus
divinitate propitia liberare, et ad comune salutem ac
defensionem quantum cum Deo possumus profu-
tura remedia adhibere. Sentientes nuperrime non
absque amaritudine permaxima nostræ mentis
dilectum filium Nobilem virum Fredericum Comitem
in Ortemburch contra Patriam et Aquilegiensem
Ecclesiam præfatos ac in perturbationem tranquilli-
tatis et pacis totius Provinciæ Aquilegiensis, et illa-
rum partium suo vel alterius nomine nonnul-
las Civitates, Terras, et loca, Universitates et singu-
lares personas dictæ Provinciæ, Patriæ, et Ecclesiæ A-
quilegiensis præfatæ spiritualiter et temporaliter
a fidelitatis devotione, et obedientia Ecclesiæ, et Patriæ
prædictorum, et in ipsorum, ac juris comunitatem maxi-
mum præjudicium

per voi lungamente vessata co' suoi Nobili Fedeli, e Sudditi alla detta S. Chiesa d'Aquileja Madre nostra; e per quello pure abbiamo fatto confederazione Pace, ed amicizia col glorioso ed inclito Dominio di Venezia ed abbiamo accettato in società le sue genti d'arme per conservazione e difesa nostra contro le insidie ed oppressioni vostre e de' seguaci, ed aderenti vostri rimanendo però la nostra primiera libertà intiera, ed immacolata. Dopo le quali cose avemo voluto di presente intimare a voi, ed al Reggimento e Comunità di Udine non ostanti le altre ingiurie, le quali detta Comunità ha sopportato che si facessero nella Terra di Udine ai Cittadini e Case nostre, e nelle persone dei tre Fratelli nostri persone veramente nobili e nostri Cariss.mi concittadini i quali averiano proposto a voi, ed a quella Comunità, cose, per le quali saria seguita la buona pace a Lei, a voi ed alla nostra Patria. Ma voi, ed essa Comunità pertinacemente negaste di darli udienza nè salvocondotto siccome desideravano. Le quali tutte cose abbiamo tollerato con pazienza, non volendo fino a nè per noi stessi, nè per le dette genti d'Armi offendervi nè anco i vostri nè essa Comunità contro i quali averessimo potuto meritamente insorgere e fare assalto, senza la presente disfida nondimeno vedendo e considerando finalmente che non è alcuna buona speranza dei fatti vostri sprezzando le cose altre volte accordate, eppure aspirando ai danni nostri con sedurre gl'altri e trarli insieme con voi in ruina acciò detta Chiesa d'Aquileja nutrice e Madre nostra mezza distrutta per l'ostinata pertinaccia del suo indegno sposo e suoi principi possa sollevarsi ed acciò la nostra Republica ed i nostri corpi siano sicuri dalle ingiurie e tirannie denonciamo apertissimamente a voi Rmo Sig. Patriarca ed a voi tutti Luogotenenti seguaci, ed aderenti e sudditi eziamdio al Reggimento e Comunità della Terra di Udine e suoi seguaci ed aderenti, e sudditi d'ogni sorte perpetue inimicizie, e come uomini dabbene fedeliss.mi e Nobili per queste nostre presenti lettere disfidiamo voi tutti, ed i vostri seguaci aderenti e sudditi nelle robbe e persone disposti con tutte le forze, e poter nostro col favore, ed ajuto del Serenis.mo et inclito Ducal Dominio e sue genti venute, e da venire ed a qualunque modo potremo in total vostro esterminio e ruina a perfetta confusione vostra, e di tutti i vostri, come nemici dello stato ed onore della detta Chiesa Aquilejense nostra Madre e di tutta questa Patria.

Data in Cividale d'Austria il dì sabbato alli 26. d'Agosto 1419.

Dopo la disfida Taddeo Este per nome del Dominio tirò sotto la loro protezione Nicolò, e Consorti di Strassoldo che fu ai 20. di Maggio 1420. e sei giorni dopo i Nobili di Zucco di Partistagno e di Attimis con condizione che fossero nemici degli Udinesi e fautori di Tristano ed altri fuorusciti. In questo tempo mentre che l'esercito Veneziano si tratteneva in

Pozzuolo (ora chiamato Pozzor) sei miglia discosto da
Udine Tristano entrò nella Città di notte avendo in-
telligenza con alcuni di dentro, e gli apersero la por-
ta di S. Gottardo insieme con Gabriello Soldonieri
Niccolò Bomdeno Odorico Gherardini Niccolò Savor-
no Francesco, e Niccolò Percotti Gioachino Cassino ed
altri fuorusciti, ma sollevatosi il Popolo con i Soldati
gli ributtarono con morte di molti dell'una e dell'
altra parte. Del qual fatto essendo stato colpevole To-
maso Ranone tantosto fu preso, e nel giorno seguen
te squartato in publico. Gl'altri complici fuggirono
secretamente nell'esercito. Il Patriarca dopo la sua
partita scrisse più volte agl'Udinesi suoi fedeli e te-
nendoli in speranza d'ajuto, e consumati dalle con-
tinue guerre, dopo d'aversi lungamente consigliati
si diedero volontariamente a Filippo Generale dell'e-
sercito il quale il dì 6. di Giugno entrò in Udine coi
Provveditori giorno per fino oggi solenne in questa
Città. Perloche mandarono Faggori 8. Ambasciatori
a Venezia con 12. Ostaggi dei Principali della Città
i quali furono accolti benignamente dai Signori ed
accettati con le loro solite preminenze osservate dai
Patriarchi eccetto il criminal maggiore che fu ri-
nunziato assai tempo dopo ai Rappresentanti di
quella Signoria per conservare la Città dalle discor-
die civili stata lungamente travagliata da suoi pro-
prj Cittadini. Ciò fatto Tristano e gl'altri fuorusciti do-
po un lungo esilio di 9. anni, e di 84. Cittadini mor-
ti ritornarono in Casa ai quali furono resi i loro
beni con condizione che ai compratori si restituisse-
ro i danari del Publico di Udine alla summa di 12.^{m}
Ducati. Dopo Udine e tutto il resto della Patria si
rese. Il che avendo inteso il Patriarca fece impe-
to nel Friuli con 4.^{m} Ongari entrando per la stra-
da di Lubiana e nel primo assalto prese Manzano
con Rosazzo. Ma vedendo l'impresa difficile per le
gran forze di questi Signori senz'altro progresso se ne
ritornò in Germania e doppoi ai 25. di 8bre 1422.
tentò con nuovo apparecchio maggior del primo
il riacquisto, ma l'impresa non riuscì meno for-
tunata di quella; perciocchè avendo presa la Rocca
della Chiusa con l'Abbazia di Moggio, tantosto fu
ributtato dal Carmignola Generale, essendo venute
quelle genti col Duca piuttosto per cortesia, che per
combattere. Laonde il Patriarca si ritirò nel suo
stato avendo quasi perduta ogni speranza di più ri-
cuperare la Patria, perchè i Signori Veneziani era-
no potenti non solo di Soldati ma anco il loro do-
minio era già fatto a Furlani grato e da loro inal-
zato in maniera, che da indi in poi è sempre ito
crescendo ed anderà fino agl'ultimi secoli. Lodovi-
co doppoi procurando nel Concilio di Basilea la resti-
tuzione del Patriarcato finì quivi la vita, e gl'Udinesi
con tutta la Patria ed Istria restarono in grandiss.^{ma}
Pace sotto quella Potentiss.^{ma} e Feliciss.^{ma} Republica.

Militia Universæ Patriæ Fori Julii tempore D. Ludovici Patriarchæ.

1360.

Et primo	Dnus Patria	Elmos	XXXII.	— Balistas	VIII.
	D. Epus Concordiensis	El.	VIII.	— Bal.	II.
	Capitulum Aquilejense	El.	X.	— Bal.	II.
Pro Prælatis	Abbas Bellunensis	El.	II.	— Bal.	0.
	Prepositus S. Stephani	El.	IIII.	— Bal.	I.
	Monasterium majus Aquil.	El.	II.	— Bal.	II
	Abbas Sosacensis	El.	III.	— Bal.	I.
	Abbas Mosacensis	El.	III.	— Bal.	I
	Abbas Sextensis	El.	IIII.	— Bal.	I.
	Capitulum Civitatense	El.	X.	— Bal.	II.
	Monasterium majus Civit.	El.	I.	— Bal.	I.
	Capitulum Utini pro prepositura S. Odorici	El.	I.	— Bal.	I.
	Prepositus Carnee	El.	I.	— Bal.	0
Pro Castellanis	Pratum	El.	V.	Bal.	IIII.
	Purliliis	El.	VI.	— Bal.	IIII.
	Pulcinicum	El.	IIII.	— Bal.	IIII.
	Avianum	El.	I.	— Bal.	I.
	Mons Regalis	El.	I.	— Bal.	I.
	Maniacum	El.	IIII.	— Bal.	I.
	Pinzanum	El.	I.	— Bal.	I.
	Toppum	El.	I.	— Bal.	0
	Spegnimberch	El.	VIII.	— Bal.	II.
	S. Vitus	El.	II.	— Bal.	I.
	Sbroiovacca	El.	II.	— Bal.	I
	Laurenzaga	El.	I.	— Bal.	I
	Salvarolum	El.	I.	— Bal.	I.
	Meduna	El.	0	— Bal.	II.
	Azzanum	El.	0	— Bal.	I.

Grecanis	Cl.	I.	Bal.	0
La Brattina	Cl.	II.	Bal.	II.
Flagonea	Cl.	I.	Bal.	0.
Villalta	Cl.	I.	Bal.	II.
Cavoriacum	Cl.	I.	Bal.	0.
Uraspergum	Cl.	II.	Bal.	I.
Faganea	Cl.	II.	Bal.	I.
Moruzium et Tricanum	Cl.	V.	Bal.	IIII cum uno dextrario
Brazzacum superius et Brazzacus Inferius	Cl.	I.	Bal.	I.
Fontanabona	Cl.	I.	Bal.	I.
Colloredum	Cl.	VI.	Bal.	IIII.
Mels	Cl.	II.	Bal.	II.
S. Daniel	Cl.	IIII	Bal.	II.
Pers et Susanum	Cl.	I.	Bal.	I.
Ragonea	Cl.	I.	Bal.	I.
Sprangergum	Cl.	II.	Bal.	II.
Caporiacum	Cl.	I.	Bal.	0
Artenea	Cl.	0	Bal.	I.
Vendoiam	Cl.	I.	Bal.	0
Buja	Cl.	I.	Bal.	I.
Attemps	Cl.	II.	Bal.	II.
Cucanea Pertistain et Valvasonum	Cl.	X	Bal.	VI.
Strasoldum	Cl.	IIII.	Bal.	II.
Manzanum	Cl.	II.	Bal.	I.
Budrius	Cl.	I.	Bal.	I.
Castellum et Tarcentus	Cl.	III.	Bal.	II.
Varmum superius	Cl.	II.	Bal.	I.
Bethalmus de Varmo inf.	Cl.	0	Bal.	I.

2

Regiacum — El. 0 — Bal. I.
Cergneum Inferius El. I. — Bal. I.
.... : Superius El. 0 — Bal. I.

Communitates.

Aquileja — — El. I. — Bal. I.
Utinum et Savorgnanum — El. XXXII. — Bal. VIII
Civitas Austriae - El. XII — Bal. IIII.
Glemona — — El. VI — Bal. IIII.
Monsfalco — El. I. — Bal. I.
Tulmetum — El II. — Bal 0.
Sacilum — El. II. — Bal. II. vel rispedites
Canipa — — El. I — Bal. 0.
Soclevum Guart et Luingij — El. I. — Bal. 0.
Venzonum — El. IIII. — Bal. II.
Maranum facit pedites.
Zoppola — — El. I. — Bal. 0.

Signum Not.

Ego Simon Not.s de Lovaria civis utinensis publicus Imperiali Auctoritate Not.s ex commissione mihi facta prout inveni in notis olim S. Joannis Not.ii f.ii S. Ruberti di Novak de Medolano tempore D. Ludovici della Turre Patriarchae Cancellarii ... ex me subscripsi & sequitur etiam ibi alia similis diversi tamen temporis

1366.

Vocati ad primordialem missam parte Sanctissimi in Xto Patris Domini Domini MARQUARDI Dei gratia S.te sedis Aquileiensis Patriarchae dignissimi de dominico .. Aplis in Aquilejensi Ecclesia celebratam cum clanodiis et aliis.

Omnimiis refferimus suffragia Dominorum Episcoporum suffraganeorum aliorum Dominorum Magnatorum, Prelatorum Alemannorum, Prelatorum ad clero intrinseco, communitatum Forijulij, et Marchionum Istrie, que omnia ommittuntur, exhibita Dno Patriarche.

Sequuntur postea Nobb. de

Patria Forijulii VB

Prata Dnus Manfredus unam taciam
Alii Dni unam magnam cuppam cum pede

Porcilee torcium unum cum den.
Polcenicum torcias quatuor cum den.
Villalta Dnus Meynardus de Villalta torcium unum cum den.
Castellum unam cuppam magnam sine pede
Strassoldum Heredes Dni Henrici torcium unum cum den.
Gabriel et Bernardus cereos tres cum den.

Spegnimbergum unam cuppam cum pede.
Avianum cereum unum cum den.
Maniacum
La pattina Torcium unum cum den.
Salvarolum
Laurenzaja
Brugevacca
Valvasonum D. Simon unam cuppam sine pede
Azzanum
Varmum
Toppum
Tricanum
Collorettum D. Simon de Colloreto cereum unum cum den.
D. Ioannes cereum unum cum den.
Mels
Pers

Cavoriacum
Monticum
Cerneum
Ziacum
Brazzacum superius, et inferius
Fontanabona cereum unum ad Den.
Faganea cereum unum ad Den.
S. Daniel cereum unum ad Den.
Tricesimum
Prampergio cereum unum ad Den.
Pertistagnum
Attempso
Cucanea D. Odoricus unum cyphum sine pede.
Budrium
Manzanum Quarnerius, et Pantaleo cereum unum ad Den.
Vendrium
Ragonea
Zoppola
Caniza communitas cereos duos ad Den.

Sequuntur alii Dni et persone

Suprascripta constant manu S. Joannis de Susanis pro q. Odorici Not. pro Andrea de Utino in 1366 omnia tamen in plica quadam extraordinaria Belloni senioris Not.

Gratia Illmi Dominii Veneti Castellanis Patriae

. 1300.

Concedit militibus, clericis, Castellanis et Dominabus de Forojulio quod ab eis non auferatur datium de pannis, quos de Venetiis acceperint ad faciendum vestes, et insuper omnia datia insueta, si quae noviter imposita sunt in prejudicium et gravamen hominum Patriarchatus Aquileiae D. Dux, et Comune Venetiarum remittunt ex gratia statuentque super hoc, quod antiqua consuetudo habeat obstruari et hoc reperitur in lib. pactorum Canc.ie majoris signato dicto lib.o 4. in Instrumento notato C. L X X.

Dominus Dux concessit, et comune Venetiarum militibus

1.

Castellanis, clericis et Dominabus de Foro Julio quod non accipiant dacium de pannis, quos de Venetiis acceperint ad vestes faciendas.

LVII. Quod Militibus, Castellanis, clericis, et Dominabus de Foro Julio non accipiatur dacium pro pannis etc.

1445.

Quod nobb. Provinciae conserventur in jurisdictionibus, et antiquis consuetudinibus.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum Nobilis et sapientibus viris Delphino Venerio de suo mandato Locumtenenti Provinciae Fori Julii, et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. In litteris nostris datis 13. praesentis mensis, quas vobis scripsimus super quadam lite, seu differentia quae esse videtur inter aliquos fideles nostros occasione cuiusdam [illegible] in villa S. Odorici jurisdictionis Capituli Utinensis in civilibus in conclusione diximus quod adherentes opinioni vestrae deliberavimus quod in quibuscunque aliis casibus et causis in quibus aliqui tam clerici quam laici petere vellent aut agere contra aliquem laicum vos essetis judex et cognitor et jus faceretis, si vero aliquis contra clericos agere vel petere vellent irent ad superiores suos. Quoniam actor sequi debet forum rei, sicut in illis nostris litteris continetur, nunc vero auditis iis quae pro parte Capituli Utinensis nobis exposita sunt de jurisdictione et superioritate, quam dictum habuit et habet in ipsa villa in civilibus per privilegia, concessiones, et antiquas consuetudines illius Provinciae, sicut habent plurimi alii Prelati, Nobiles, et Communitates Provinciae in variis locis et villis vobis iterum scribimus et declaramus, quod intentio nostra est, sicut praedicitur, quod si clerici, vel laici agere vel petere volunt contra clericos vadant ad superiores suos ita quod actor sequatur forum rei intelligendo tamen, quod propter hoc non contrafiat nec derogetur juribus, privilegiis et Jurisdictionibus dicti Capituli Utinensis aut aliorum Capitulorum, Prelatorum, Nobilium vel Communitatum illius Provinciae sed volumus quod omnes ipsi in eorum juribus, privilegiis, jurisdictionibus, et antiquis

consuetudinibus conservens quibus vigore illarum literarum nostrarum volumus aliquod præjudicium generari.
Datum in Nostro Duc. Pal.º die 29. m.s Aptis Ind.e 8. 1445.

1446.

Quod Nobb. Provinciæ in antiquis juribus, et consuetudinibus conservens.

Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum Nobilibus et sapientibus viris Mattheo Vicheri de suo Mandato Locumtenenti Provinciæ Forojulii et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Quamquam certi reddamus, quod omnes fideles nostros provinciæ in eorum antiquis juribus, et consuetudinibus observetis, tamen ad requisitionem Egregii fidelis nostri Pheb. della Turre ad presens Capitanei Pisini, qui nunc fuit ad presentiam nostram mandamus vobis, quod ipsum, seu suos in jurisdictione sua illius Patriæ conservetis, nec permittatis contra ipsum, aut suos contra ejus jura, et antiquas consuetudines aliquid innovari.
Dat. in Nostro Ducali Pal.º die 10 Maj Ind.e 9 1446.

1468.

Quod solus D. Locumtenens sit judex Nobb. Castellanorum.

Cristophorus Mauro Dei gratia Dux Venetiarum Nobb. et sapientibus viris Angelo Gradenico de suo mandato Locumtenenti Patriæ Forojulii et successoribus suis fidelibus dilectis salutem et dilectionis affectum. Pro parte Nobb. Castellanorum Patriæ Forojulii nobis expositum est per Nob. V. D. Aloysium de Attimis, quod licet ex privilegiis et consuetudinibus suis non possint, nec debeant trahi ad aliud judicium, quam ad Tribunal vestrum et ita hactenus servatum sit, et sic sit mentis nostræ

sicut etiam apparere debet in commissione vestra. Attamen nonnulli diversis exquisitis coloribus et per vias indirectas conantur ipsos castellanos ad aliena judicia trahere. Ideo mandamus vobis expresse, ut penitus provideatis cum effectu omni exceptione remota plenissime serventur privilegia, et consuetudines dictorum Castellanorum, ac illis nullatenus aliquo exquisito colore directe vel indirecte contraveniatur, et pro bona executione huius nostri constantissimi intentionis, et mentis servate omnes illos modos, qui convenientes prudentiae vestrae videbuntur, ne supradictis contrafiat ullo modo.

Dat. in Dño Duc. Pal.° die 27. Aug. Ind.e 5.ta 1466.
Recept. die 19. 7bris 1468.

1472.

Alia litere similes.

Spectabiles, et Egreg. Amici Car.mi Conquestus est apud officium nostrum parte attinentium Ven. D. Rizzardi de Strasold Can.ci Aquileiens. quod diebus superioribus se recepisset in Utinum a quodam Thomasio de Lombardis cive Utini fuit percussus in persona, et de dicto casu coram vestro Tribunali videtur, quod expeditio eius impediatur, quoniam fertur Comunitatem illam Utini instare, quod per Capitaneum vestrum et alios deputatos debeat expediri contra ordines, et mandata Ducalia et consuetudinem hactenus observatam, quoniam casus et causae Castellanorum, et Nobb. Patriae audiri et expediri debent per vestrum Tribunal tantum. Petitum perinde fuit per nos supra premissis debite provideri, sicut in similibus solitum est observari. Quare habentes petitionem eorum cheffe honestissimam et juri consonam, quoniam satis notissimum est nobis, quod Locumtenentia illius Patriae in casibus, in quibus interveniunt Nobb. et Castellani Patriae predictae justitiam continue ministravit, et sic per Ducale Dominium alias extitit declaratum. Ideo ex officio nostro vestras requirimus spectabilitates, quatenus nullatenus permittatis, quod Capitaneus vester, ac deputati se impediant in casu ipso, sed vos vestris videndis, et auditis audiendis justitiam, et jus ministrare

sicut conditio casus expostulat omni cum celeritate, sicut etiam certi reddimur pro vestra intelligentia faciet.

Joannes Mocenico, et Vitalis Lando Doct. et miles) Advocatores comunis Venetiarum
ubi die 21. Novemb. 1477.

Sp.bus et Egreg. Viris D. Benedicto Venerio honorum Locumt. Patriæ Foriiulii et successoribus suis.

Recept. die 28. Nov. 1477.

1478.

De Taleis fiendis per Castellanos et Comunitates.

Joannes Mocenico Dei grat. Dux Venetiarum Nob. et sapientibus viris Joanni Emo militi de suo Mandato Locumt. Patriæ Foriiulii fideli dilecto salutem, et dilectionis affectum. Significamus vobis, quod heri in Nostro Consilio rogatorum capta fuit pars tenoris infrascripti V3. facit pro nostro Dominio consideratis periculis status nostri Patriæ Foriiulii ob assiduas invasiones Turcorum providere per omnem viam et modum, quod in dicta Patria in omnem eventum habeatur illic quam major numerus Equitum, et peditum, qui possibilis sit pro obstando viribus inimicorum. Cum itaque reperiantur in dicta Patria nonnulli Castellani, et Comunitates, qui et quæ obligati sunt dari ad omnem casum, et necessitatem mittere ad omnem ordinem et mandatum nostrum vel Rectorum nostrorum dictæ Patriæ certum numerum tam Equitum, quam peditum causa feudorum suorum ~~[illegible]~~ a nostro Dominio habitorum, prout patet in actis, et scripturis Cancellariæ nostræ ubini et post taleam et taxas prædictorum factas et descriptas per Serenit.mum Principem nostrum tunc Locumt.em prædictæ Provinciæ nulla amplius facta fuit descriptio quæ necessario fienda est. Vadit pars, quod scribatur, et mandetur

Locumt. Dno pnti quod immediate facere seu fieri facere debeat descriptionem et Taleam omnium suprascriptorum Castellanorum et Communitatum obligatorum ut s. Qua talea, et descriptione facta praecipere eis omnibus debeat nostro nomine quod se ponant in ordine et in puncto ita ut ad omne ejus mandatum ire, et equitare possint, quo sibi fuerit impositum secundumque fuerit opus, et prout ipsi tenentur. Quare auctoritate praedicti Dni Consilii Rogatorum mandamus vobis, quatenus suprascriptam partem, et omnia in ea contenta observare, et observari facere et exequi inviolabiliter debeatis.

Datum in Dno Duc. Pal. Die 18 Jan. ind. XII. 1478.

1 3 3 5

Parlamentum Rmi Dni Bertrandi Patthe occasione Belli veneti:

In noe Dni Amen ejusdem Nativitatis Mill.o Trecentesimo trigesimo quinto Ind.e 3. Infrascripta sunt facta in colloquio generali celebrato Utini per Ven. Patrem et Dnum Dnum Bertrandum miseratione divina Sanctae Sedis Aquilejensis Patham die 4. mensis Julii. In quo interfuerunt infrascriptae Notabiles personae in Sala Inferiori Castri et Palatii Patthalis

D. Gulielmus Decanus Aquilejensis
D. Fr Ludvicus Abbas Sextensis
D. Fr Guberthus Abbas Mosacensis
D. Guido Decanus Civitatensis
D. Eusebius Canonicus Aquilejensis
D. Gulielmus Canonicus Civitatensis
D. Odoricus miles
Simon ejus filius
D. Thomasutus
Thomasutus eius Nepos — de Cucanea
D. Hector de Utino miles
D. Articus miles de Prampergo
D. Jacobus miles de Cormons
D. Gulielmus miles d' Ungrispach

D. Joannes
D. Odoricus
Meynardus } de Villalta

D. Nicolaus de Pagonea
Ezaliser Bortolus de Pers
Mr Jo.s Phisicus
Maphens Not.s } de Aquilegia

Mr Odoricus Not.s
Hendricus de Carma } de Utino

D. Hermagoras Comes de Ortemberg
D. Raynerius de Pincerna de Vestriz
D. Philippus de Portis
D. Asquinus
D. Vicardus } de Colloredo
D. Federicus de Moruco
D. Ricardus de Tricano
D. Conrus de Strassold
D. Galvanus de Mariano
D. Joannes de Rivarotta
D. Purissius de Varmo
D. Bellus de Savorgnano
Bossius de Melso
Mathiussius
Henricus
Nicolaus } de Spilimbergo

D. Arnoldus
D. Nicolaus } de Brazaco

Nicolussius de Attimis
Contardus Boianus
Ulvinus de Canussio
Philippus D. Odorici Longi
Hendrices } de Civitate

Giberdus de Novare Not.s
Sandrus Brignus Not.s
Et alii tam clerici quam Laici de comunitatibus subditis
et senioris Civitatis Aquileiensis in magna et copiosa

multitudine ad hoc specialiter congregata. Propositis igitur per dictum D. Patriarcham prudenter, et provide sermonibus suis super his, propter quae dictum colloquium fuerat congregatum Videlicet propter guerram quam faciunt et movent Dux et Commune Venetiarum Ecclesiae Aquilejensis tam in partibus Istriae, quam in partibus Fori Julii, ac etiam propter spolia, oppressiones et damna, quae cum exercitu inferunt et inferre minantur eidem Ecclesiae super terra Sacili. Dominus Ricardus de Camino superiori dixit, quod omnes sint viriles et probi ad defendendum Patriam, et libertatem suam. Quaesitum fuit more solito ab omnibus quid consulebant et quid videbatur agendum. Consultum fuit et deliberatum et provisum ibidem ab omnibus unanimiter nemine discrepante, quod omnes liberi Ministeriales, habitatores, Communitates, et servitores universi Ecclesiae Aquilejensis constantes sint viriles et probi cum pugnaret pro justitia, et Ecclesia Dei ac B. Virgine Maria Matre et Domina sua ad sequendum vexilla Ecclesiae Aquilejensis et personam dicti Domini Patriarchae, qui personaliter corpus suum et bona quaecumque habet in manibus se obtulerat expositurum pro defensione Patriae pro defensione libertatis pro defensione justitiae et bonorum suorum ne in servitutem cadant, et miseriam perpetuam et quod omnes sint parati equis et armis cum impositionibus suis et quod non venientibus imponatur certa poena per dictum colloquium, quae penitus et omnino exigi debeat et nullus relaxetur a poena praedicta. Propositum dictum fuit per D. Decanum Aquilejensem praedictum nomine D. Patriarchae, et sui consilii, quod cum res huiusmodi propter pericula imminentia expeditionem requirerent facte erant quaedam provisiones per D. Patriarcham et consiliarios suos super modo, et ordine servandis in guerra, et defensione praedicta, quas audire deberet, ut si colloquio placeret, procederent, sin autem fierent super praedictis prout melius eidem colloquio videretur, quae tales sunt

Imprimis quod die Veneris proximi post missae celebrationem D. Patriarcha equitare debeat ad terram Quadruvii cum gente sua et Ecclesiae Aquilejensis ita quod ibi sit bona hora, et deinde visa gentis nostrae quantitate procedatur

prius suo consilio videlicet. Quod tota Terra Foriiulii sit divisa in quinterios, sive in quinque partes hoc modo

Primus Quinterius sit Civitas Austriae cum toto eo, quod est inter fluvium Turris et Iudri et cum tota Sclavonia et collibus et huius quinterii Capitaneus sit Dnus Philippus de Portis pro primo mense tm, et consiliarii sui sint D. Ioannes de Cucanea, et Hermannus de Attemps

Secundus quinterius est Civitas Aquilejae cum Dominio Montisfalconi et cum toto eo quod est subtus stratam altam usque ad Talmentum, et huius quinterii sit Cap.s D. Nicolaus de Castello et eius Consiliarii sint Dnus Henricus de Strasoldo, et Dnus Paleas de Varmo pro primo mense tantum, tam Capitaneatus, quam Consiliarii modo simili duraturi.

Tertius Quinterius est Terra Utini cum toto eo, quod est citra fluvium Turris et Iudrium, et citra stratam altam usque Colloredum, Mels, Pers, et S. Danielem exclusive, et usque Talmentum et huius quinterii Cap.s sit pro primo mense ut supra dictum est D. Federicus de Savorgnano, et consiliarii sui sint D. Odoricus de Villalta, et D. Federicus de Monticulo.

Quartus Quinterius sit Terra Glemonae cum Tarcento et quidquid est ultra Colloredum Mels, Pers, et S. Danielem inclusive et cum Carnea et Canali Clusae, et huius quinterii sit Cap.s D. Articus de Prampergo modo praedicto pro primo mense et Consiliarii sui D. Asquinus de Colloredo, et D. Corradellus de S. Daniele.

Quintus Quinterius sit totum id quod est ultra Talmentum, et huius quinterii sit Cap.s pro dicto tempore tantum unius mensis D. Brezonea de Spilimbergo, et Consiliarii sui sint D. Prosdocimus de Porciliis, et Nicolaus de Porta.

Qua quidem ordinatione divulgata quaesitum fuit ab omnibus de dicto Colloquio, si placeret dicta ordinatio, et quid eis videbatur et tunc singuli interrogati more solito dicentes, et respondentes ordinationem praedictam bonam, et utilem esse, et ipsam vigore totius colloquii approbaverunt et confirmaverunt. Petitum deinde fuit per ipsum Dnum Patriarcham quid videbatur agendum et quali poena puniendi essent illi, qui subditi sunt Eccl. Aquilejensi et in tanto negotio inobbedientes essent D. Patriarchae. ordinatum fuit, et firmatum, quod privati sint officio, et Pheudo, et

contra bona eorum procedatur ubicumque illa inveniantur et quod ex nunc feratur sententia contra illos tales et sic sententiatum fuit per omnes interrogatos more solito nemine discrepante, quod quicumque non venerint et non afuerint D. Patriarche pro predicta defensione, seu qui inimicis adhiberint consilio vel favore publice vel occulte ex nunc privati sint sine aliqua citatione vel requisitione et bannitis et pro rebellibus habeantur de cetero Aquilejensis Ecclesie, et ad perpetuam memoriam et confusionem et ruborem eorum tamquam proditores Ecclesie Aquilejensis depingantur in Palatiis publicis Aquil. Civitatis, Glemone et Utini et quod nullæ preces pro eis audiantur nec admittantur et quod omnes de colloquio astabunt D. Patriarche ad mandandum sententiam huiusmodi executioni salvo ordine prelatorum ibidem existentium super damnatione personali talium predictorum et sic omnes de colloquio predicto juraverunt agere et perficere tactis sacris scripturis ad sacra Dei Evangelia.

Ordinatum fuit etiam ibidem nunc et firmatum per totum colloquium quod deficientes in mostra, et equitatione predicta juxta impositionem unicuique datam quicumque fuerint, si eques sit sibi pena alias imposita per colloquium, quod deficientes in mostra et equitatione predicta juxta impositionem unicuique datam quicumque fuerint, si eques sit sibi pena alias imposita per colloquium auferatur, si vero pedes fuerit pro prima die quo non inveniatur in exercitu perdat viginti denarios et deinde singulis diebus quibus non invenietur perdat pro quolibet die octo denarios ad quas penas exigendas omnes de colloquio promiserunt per totum eorum assistere D. Patriarche pred.

Quibus sic peractis idem D. Patriarcha illos de Arcano ad se vocavit, quoniam erant ibidem scilicet D. Rizzardum de Arcano et Federicum de Moruzo et alios tres, ad quos spectat portandi banderiam Ecclesie Aquilejensis et exercendi officium Marescalchi in exercitu dicte Ecclesie, ipsis dedit banderiam Ecclesie Aquilejensis In nomine Patris et Dei eterni ac Beate Gloriose Virginis Marie matris eius et Beatorum martyrum Hermagore et Fortunati Patronorum Ecclesie Aquilejensis prestito per ipsos sacramento ad sancta Dei Evangelia toto eorum posse et quod non evitabunt mortem vel terga vertent hostibus pro defensione honoris, et libertatis Ecclesie Aquilejensis et servitorum ejusdem et quod justitiam facient et cetera que spectant ad officium Marescalchi procurabunt et adimplebunt juxta possibilitatem eorum fideliter et diserte, sic Deus ipsos adjuvet ad sacra Dei Evangelia.

Finito igitur colloquio predicto D. Patriarcha mandavit quod sapientes, et consiliarii remanerent et se traherent in partem ad consulendum tractandum, ordinandum, et providendum super iis, que revelant agenda pro concordia terre, et aliis incumbentibus.

Introitus Patriarchatus

1386.

In Christi Nomine Amen. Infrascripti sunt introitus ad Aquilejensem Patriarchalem mensam spectantes per me Odoricum de Utino Patriarchalem Cancellarium juxta parvam capacitatis mee memoriam fideliter notati et descripti, nec non capitaneatus, Gastaldie, et alia queque dicte mense officia, et pro quanto precio annuatim communiter vendi solent seu solebant salvo pluri et minori juxta temporum dispositiones prosperas et adversas.

Primo namque capitaneatus Cadubrii cum Juribus et Jurisdictionibus suis, ubi sunt duo Castra sc. Plebis et Butistagni ultra custodias ipsorum castrorum, quas capitaneus ibidem deputatus propriis sumptibus facere tenetur et debet, vendi solet annuatim pro libris parvorum ccc. et ultra.

Gastaldia Carnee ubi sunt duo Castra scil. Tulmetii et castri moscardi, que custodiri debent expensis Gastaldionis ibidem ut supra vendi solet communiter annuatim pro Marchis den. IX. et ultra.

Capitaneatus terre Venzoni cum Jurisdictionibus suis alias concessus est gratis, et parum valet.

Capitaneatus terre Glemone valet march. den. LXX et ultra et capitaneus deputatus tenetur propriis sumptibus custodire castrum ibidem et Gastaldiam Artenee.

Gastaldia Buje ubi est unum castrum custodiendum, ut supra, solebat vendi pro march. den. XX.

Gastaldia S. Danielis pro march. den. XII.

Gastaldia Faganee pro march. den. XXIIII.

Gastaldia Tricesimi ubi est unum castrum custodiendum sumptibus officialis ibidem ut supra vendi solebat annuatim pro march. den. LX. et ultra.

Gastaldia Fedejani pro march. den. XIIII.

Capitaneatus Utini cum gaviti Juribus, et Jurisdictionibus, ut supra, vendi solebat pro march. den. L. et ultra.

Gastaldia Civitatis Austrie pro march. den. XXV. et ultra.

Gastaldia Antri pro march. den. II. et ultra

Muta Utini pro march. den. L. et ultra

Muta Civitatis Austrię pro march. Den. L. et ultra.
Gastaldia Tulmini ubi sunt duo castra unum situm in monte et aliud
in plano custodienda sumptibus officialium ibidem ut sup.a vendi
solet ultra ipsam custodiam pro march. Den. V. et ultra.
Muta Clusę, quę nunc exigitur in Venzono vendi solebat annuatim
ut sup.a pro Ducatis auri III. vel circa.
Capitaneatus Montisfalconis ubi est unum castrum sive rocha in monte
custodienda ut sup.a solet vendi cum Iuribus et Iurisdictionibus pro
march. Den. LXX. et ultra.
Muta Montisfalconis pro march. Den. III. et ultra
Gastaldia Manzani pro march. Den. XL.
~~Potestaria~~ Muta Aquilegię pro march. Den. XL. sed his elapsis temporibus
modicum valuit, et valet propter guerram.
Potestaria ~~Muta~~ Aquilegię pro march. Den. XVI.
Et pro Datio Aquilegiensi solebat solvi per communitatem Aquilegię
anno singulo march. Den. XL. medietas scilicet in festo Nativitatis
Dni et reliqua medietas in festo S. Hermagorę.
Gastaldia Agelli pro march. Den. XXIIII. vel circa
Potestaria Marani pro march. Den. LXX. et ultra
Gastaldia Carisaci et Palazoli pro march. Den. XIIII. et ultra.
Gastaldia Mossę pro march. Den. XXVIII. et ultra.
Gastaldia Nebulę pro march. Den. III.
Gastaldia S. Viti pro march. Den. C. et ultra.
Capitaneatus Terrę Portusgruarii cum gavitu et Iurisdictione nec
non cum medietate dacionum eiusdem terrę vendi solet pro
modico, quia maior pars expenditur pro custodia castri ibidem
tamen ibidem percipi possunt, et percepti sunt ultra omnes
expensas Duc. L. et ultra.
Gastaldia Medunę ubi est unum castrum custodiendum ut sup.a vendi
solet annuatim pro march. Den. C. et ultra.
Gastaldia sive Capitaneatus S. Steni, ubi est unum castrum sive
fortis turris custodienda ut sup.a pro march. Den. C. vel circa.
Gastaldia Turris cum castri ibidem custodia Iuribus, Iurisdictionibus &
pro march. Den. XXIIII. et ultra.
Gastaldia Aviani pro march. Den. XII. vel circa.
Gastaldia Maniaci modicum valet in pluribus retroactis temporibus
non fuit vendita quia Nobiles de Maniaco pro eorum
fidelibus impensis servitiis illam ad eorum, qui fuerunt pro
tempore tenuerunt habuerunt.
Capitaneatus Sacili ubi est unum castrum custodiendum, ut supra
cum Gastaldiis Caniparum, et Cavolani pro march. Den. C. vel c.a

Marchionatus Istrie pro libris parvorum mille.

Castrum petre pilose in Istria habet, seu possidet pignoris tamen nomine sub certis pactis per Dnum Doymum de Castello, et spectat ad Patrlem mensam ut sup.a

Terra Muglę debet annuatim regaleam et decimam vini et olei et D. Patrha habet ibidem de Potestate et Rectore ad voluntatis sue libitum providere tam ex privilegio antiquo, quam etiam virtute pactorum inter bone memorie D. Marquardum Patrham Aquileg. ultimo contractorum et sunt vini urne . et olei urne . et insuper virtute dictorum pactorum scriptorum manu qdm Nicolussii Zerbini tunc Patrlis Notarii tenentur ipsi de Mugla certas pecunias Dno Patrhe annuatim solvere pro officiis supradictis.

Civitas Tergesti acquisita et redempta per D.D. Marquardum Patrham de manibus venetorum illam occupantium debet ex pacto et conventione ultra debitam fidelitatem, et obedientiam per cives ibidem in manibus ipsius D. Patrhe cum sacramento prestito annuatim solvere patriarchali mense vini ribolii urnas C. et March. denar. C. et propter hoc D. Patrha qui pleniter pro tempore habet pro voluntatis sue libito ibidem providere de Capitaneo et Rectore, prout de pactis et conditionibus huiusmodi apparere debet per instrumenta publ.a manu Jacobi de Fagedis tunc Patriarchalis Notarii.

Canipe Patrles Utini, Civitatis Austrie, et Aquilegie percipiunt annuatim magnos et multos census in bladis, vino, et pecuniis, et rebus aliis prout in libris Caneparioru, qui pleniter pro tempore plene constat sed specialiter Canipa Utini, ut pro ceteris canipis in proventibus omnibus opulenta et consueverunt Patrhe qui pro tempore preerunt cum familiis, qui pro tempore preerunt pro majori parte anni qualiber expensas facere opportunas.

Census annuatim per venetos debitis occasione Iurium et jurisdictionum Istrie, quas tenent ascendit ad ducat. ii.m vel circa.

Gratia vini de Istria, quod ęstimas in gradu ascendit ad rationem medii marche Ven. pro amphora ad illam summam de qua fit ęstimatio et vinum quod debet ęstimari in duces ad ipsam ęstimationem capit amphoras m.ccx.

Capitaneatus S. Pauli in partibus Taurinis ubi est unum Castrum custodiendum ut sup.a cum iuribus et jurisdictionibus suis solebat vendi annuatim pro ducat. C. et ultra.

Nota quod ultra predicta certe pecuniarum condemnationes iuxta Patrie morem, et per sententiam Patrli camere applicant.

1386.

Donationes, Honores, Iura, et Iurisdictiones D. Patriarchae.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis Amen. Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei, eiusque gloriosissimae Genitricis Mariae, et BB. MM. Hermachori et Fortunati almae Aquilejensis Ecclesiae Patronorum nec non ad requisitionem, pariterque mandatum Rmi ac Dni Patris Principis et Dni Nri Petri de Alenconio S.tae Romanae Ecclesiae Epi Cardinalis et Patriarchae supradictae Ecclesiae Aquilejensis Ego Odoricus Andreae de Utino Aquilejensis dioecesis olim felicis memoriae Dnorum Ludovici et Marquardi Patriarcharum Aquilejensium et nunc supradicti Dni nostri Card. et Patriarchae Cancellarius supra Dominationibus Honoribus Iuribus et Iurisdictionibus spiritualibus et temporalibus supradictae Ecclesiae Aquilejensis pro ipsorum notitia et conservatione memoriale praesens breve prout nunc memoriae meae potuit occurrere ultra memorialia alia dudum per me in pleniori forma composita ordinavi, et descripsi, prout inferius est expressum.

Primo quidem supradicta Aquilejensis Ecclesia, eiusque pastores et Praesules Patriarchae habent superioritatem iure metropolitico super Episcopatus et Episcopos XVI. scilicet Concordiensem, Cenetensem, Trivisanum, Paduanum, Veronensem, Vincentinum, Mantuanum, Cumanum, Tridentinum, Feltrensem, Bellunensem, Tergestinum, Aemonensem, Parentinum, Iustinopolitanum et Polensem.

Item Capitulum Veronense et Abbas Monasterii de Piro Taruisinae dioecesis sunt Aquilejensi Ecclesiae eiusque Patriarchae immediate subiecti.

Item quilibet Patriarcha habet ius anteferendi, seu anteferri faciendi Crucem in memoriam passionis Xti quocunque perexerit, praesertim in praesentia Papae.

Haec omnia et alia plura sunt notoria ex pluribus et antiquis privilegiis publicis per me visis et lectis.

Patriarchalis Dioecesis extenditur per totum Patriarchatum et Ducatum Fori Iulii potissime citra Iulmentum inclusis contratis Carneae et Cadubrii, etiamque per Archidiaconatus Carniae, Sueviae, Carniolae, et Marchiae ubi ordinaria auctoritate, seu potestate Aquilejensis Patriarcha quilibet habet disponere, et hucusque disposuit ad beneplacitum tamen providendo de Archidiaconatibus, Beneficiis ecclesiasticis auctoritate ordinaria perpetuo conferendo, corrigendo clericos delinquentes absolvendo et excommunicando atque ut quilibet ordinarius Dominus et Praelatus opportuna alia per se, vel alios in spiritualibus jugiter exercendo.

Etiam ultra Iulmentum Patriarcha habet conferre auctoritate ordinaria more praedecessorum suorum curatas Ecclesias in Sacile S. Paulo penes Taruisium, et in Meduna, ac capellam unam in Castro Aviani.

Insuper Abbas Sextensis cum monasto suo est eidem Patthe et Aquilegiens Eccte imediate subiectus.

Et similiter Abbas Rosacensis, Belunensis, et Mosacensis atque plures Abbates et Prepositi cum monasteriis ipsorum in predictis Archidiaconatibus constituti sunt sibi imediate subiecti.

Monasterium Dominarum majus Aquilejens et majus Civitatis Austrie nec non monasteria Sancti Quirini et S. Nicolai in suburbiis Utini ac plura monasteria Dnarum in Archidiaconatibus suprads subsunt similiter suprad. D. Patthe.

Canonicales Prebendas et Beneficia in Ecclesiis Collegiatis de Utino et Sancti Stephani prope Aquilejam auctoritate ordinariam conferendi et insuper unam Vicariam in Eccta Aquilegiensi, et aliam in Eccta ...+.., atque nonnulla alia beneficia in Ecclesiis antedictis, sed ipse vicarie earumque collationes sunt temporales tantum, et non perpetue, et durant solummodo ad beneplacitum cuiuslibet Patthe.

+ così era nello originale.

Archidiaconatus quoque Carinthie, Soerie, ac Carniole, et Marchie ad tempus, scilicet ad Patthe cuiuslibet beneplacitum conferens, et sunt potius officia, quam beneficia.

Et item credo de Archidiaconatibus Cadubrii et Carnee, sed claram, vel certam inde non obtineo certitudinem.

Ultra hec D. Pattha quilibet consuevit ordinare, et constituere, atque ordinat et constituit loco sui ultra Comissarios, quos interdum solet constituere spirituales, et temporales Vicarios scilicet unum in Pontificalibus, aliud in spiritualibus, et tertium in spiritualibus et temporalibus, qui in Patthali Dominio et Diocesi juxta officiorum suorum requisitionem consueverunt se exercere et reddere rationem et ii Vicarii durant solum ad Dni beneplacitum, et duo ipsorum scilicet in spiritualibus, et temporalibus consueverunt obtinere provisionem, et salarium a Dno, Vicarius vero in Pontificalibus solet esse contentus de questu, et lucro suo, ac plusquam contentus.

Insuper de Insula et plebe Gradense et qualiter antiquitus esset Aquileje Eccte imediate subiecta et qualiter potissime tempore bone mem. Poponis Aquilejens Patthe, idem Popo in Conciliis pluribus Papalibus et imperialibus obiecit sepius Pattham Gradensem falso nominari Pattham, clarent plurima, publica, et autentica documenta a me visa et lecta.

De Ducatu Dni Julii sunt plura et diversa antiqua, publica, et autentica privilegia Imperatorum, Romanorumque Regum a me visa et lecta, qualiter ipsa Patria sive Ducatus cum terris, locis, iuribus et jurisdictionibus quibuscumque, q. extitit perpetuo traditus et donatus,

et concessas suprad.e Aquilejensi Ecclae, eidemq. Patriae et Praesuli, seu Praesidenti, et successoribus suis.

Sunt etiam publ.a et autentica privilegia antiqua a me visa, et lecta de singulari donatione et concessione perpetuo facta ipsi Aquilejensi Ecclae, ejusque Patriarchis et Praesulibus castrorum quinque scilicet Buje, Fagande, Emagni, Utini, et Braidi cum suis militiarum circumquaq. quodlibet dictor. castror. et cum territoriis, juribus et jurisdictionibus universis q. dictor. castrorum infra limites suprad.os

Principales et potiores ministeriales ejusdem Ecclae, eiusq. Praesidentis Patroni et Patriae sunt Nobb. de Cucanea Partistagno et Valvasone qui vocantur Camerarii et tenentur custodire cameram Patriae potissime vacationis tempore cum pertinentiis ad eandem cameram.

Nobb. de Spilimbergo qui dicuntur Pincernae vel caniparii habent custodire canipam cum pertinentiis ut sup.a

Nobb. de Morutio et de Tricano, qui vocantur Mareschalchi et vexilliferi Ecclae Aquilejensis potissime tempore generalis guerrae ejusdem Ecclae, et habent custodire stabulum Patriae equor. vacationis tempore ut sup.a

Nobb. de Prampergo, qui vocantur Magistri coquinae Patriae et habent vel debent custodire coquinam ut sup.a et habent Nobb. ipsi occasione ministeriorum, et officior. huiusmodi plura pheuda et bona ac redditus ab ipsa Eccla Aquilejensi ultra eor. portilia et castra quae jugiter possident et tenent prout notorium extitit de praemissis omnibus sed longo retroacto tempore ipsi nobb. levem habuerunt custodiam, quia Camera Apostolica se de praemissis omnibus vacationum temporis intromisit...

Nobb. de Prata et de Porcilejs vocantur comites et liberi tamen vasalli suprad.e Aquilejensis Ecclae, et comitatus ipsor. sunt pheudum Ecclae Aquilejensis et sic recognoscere debent, ut inde patet per publ.a instrumenta potissime de Prata ejusq. comitatu quae jam vidi, et legi.

Certi Nobb. de Castello Strasoldo, Villalta, Cavallerio, et Cavoriaco olim vocabantur de genere liberorum, sed quia per matrimoniale copulam nati sunt de genere ministerialium ideo ministeriales vocantur, tamen castra, pluraque alia bona recognoscunt seu recognoscere debent in pheudum ab Aquilejensi Eccla suprad.a ut etiam inde instrumenta publica apparere debent, licet antiqui eor. pheuda plene in scriptis non dederint.

Similiter quoque certi nobb. huius Patriae, et Ducatus Fori Julii recognoscunt seu recognoscere debent eor. castra et plura ac diversa bona in pheudum ab eadem Eccla Aquilejensi licet in scriptis ipsa pheuda et bona investiturarum ipsorum temporum ad plenum non extiterint tradita ...... ab antiquis.

Sunt etiam certi Nobb. vocati de genere habitatorum scilicet illi de S. Daniele de Attems superiori, de Manzano de Maniaco, pro parte de Saganea, de Pinzano et della Frattina, qui recognoscunt sive recognoscere debent castra sive fortilitia et plura bona ipsorum jure habitantiae seu pheudi ab Aquilejensi Ecclesia, seu ejus Patriarcha Praesule et Pastore.

In castro Utini, et locis S. Viti et Medunae sunt certi habitatores qui domos habitantiae, et mansos ac bona plurima, et diversa jure habitantiae seu pheudi habitantiae ab Aquilejensi Ecclesia, ejusque antistite recognoscunt, seu recognoscere debent.

Sed notandum est, quod Patriarcha quilibet tam suis rectis pheudis, quam etiam in ministerialibus et habitantiae, ceterisque bonis ad investituram suam spectantibus habet vigilanter, et diligenter per se, vel officiales suos inquirere et diligenter providere.

Notandum est etiam publiceque notorium, et servatum semper extitit, quod in Civitate Aquilejae, nec non in Terris Utini, Civitatis Austriae, Glemonae, Venzoni, Tulmetii, Montisfalconis, Portusgruarii Sancti Viti, Sacili Medunae, ceterisque Patriae locis nullus habet vel praetendere potest in civilibus, vel criminalibus jus aliquod, nisi quantum de speciali privilegio vel licentia, et auctoritate nominati Patriarchae obtinere noscatur.

Propterea notandum est, quod tam nobiles, quam alii cujuscumque conditionis et status obtinentes pheuda, ministeria et habitantias cujuscumque conditionis bona ab Aquilejensi Ecclesia, et non recognoscentes, seu non facientes se investire de ipsis pheudis, et bonis tempore debito scilicet infra annum post adventum novi Patriarchae et Pastoris, sive postquam possidentibus extiterit quomodolibet notum jus quaesitum, eisdem bonis privati dicuntur ipso facto sicque sunt ipsa bona ad praesidentem Patriarcham legitime devoluta, de quibus bonis idem Patriarcha potest ante annum ut alias servatum est, pleno jure disponere, et in alium transferre. elapso autem ipso anno, nisi idem Patriarcha disposuerit ut praefertur, tunc ipsa bona Patriarchali mensae applicata censentur. Si vero aliquis vel aliqui ex praedictis vel alii quicumque fidelis et subditis Patriarchae ejusque Aquilejensis Ecclesiae deliquerint rebellando, seu non obbediendo Domino suo, aut aliquid contra honorem et statum ejusdem Domini verbo vel opere attentantes ipsi delinquentes realiter, et personaliter ut de lege majestatis crimine puniuntur et sic retroactis temporibus est servatum.

Officialis generalis gerens vices Patriarchae in criminalibus est Marescalchus, qui ad officium hujusmodi per Patriarcham ad ejus tamen beneplacitum deputatur Marescalchus quidem iste durante officio suo, et beneplacito Domini habet potestatem plenariam, et arbitrium custodiendi stratas

huius Patriæ et puniendi crimina et delicta potissime in stratis, et locis, ubi officiales Dni scilicet Potestates, Gastaldiones, Capitanei nō reguntur, et præsident. Si vero præsidentes officiales in civitatibus, terris, et locis huius Pattriæ Patriæ quibuslibet in puniendo criminalia quoquomodo deficerent sive essent quomodolibet negligentes vel dessides, tunc ad officium ejus Marescalli spectat defectus supplere huiusmodi et ipsa criminalia delinquentibus etiam in disciplinam servatis tamen ordinibus Patriæ consuetis.

Officiales vero cæteri scilicet Potestates, Capitanei Gastaldiones, in terris, et locis quibuslibet huius Patriæ Patriæ per Pattham ut premittitur more solito deputati habent potestatem plenariam in civilibus et criminalibus in locis duntaxat, ubi deputati existunt ducendo homines per laudum et sententiam juxta Patriæ morem et consuetudinem diu jam retroactis temporibus observatam. Ubi vero officiales huiusmodi, vel aliqui eorum deficerent, seu negligentes forent tunc Marescallus, sive Marescalli, qui pro tempore fuerint defectui huiusmodi potissime in criminalibus habent supplere, et corrigere juxta Patriæ morem ut sup.ᵃ est expressum, et hæc fieri solent cum consensu et voluntate supradᵗⁱ Dni Patthæ, qui potest officiales suos ad libitum corrigere et ornare.

Stratæ publicæ huius Patriæ Patriæ potissime extra fortilitia spectant, et spectaverunt retroactis temporibus continue ad jurisdictionem et custodiam supradᵗⁱ D. Patthæ, eiusque Marescalli sive Marcalli Aquilejensis Ecclæ vel capituli sede vacante, ut notorium existit, et ad officium Marescalli spectat punire crimina, et delicta, quæ in dictis locis publicis committuntur.

Aquæ similiter, et fluvii per Patriam decurrentes ad jurisdictionem Aquilejensis Ecclæ, eiusque Præsulis et pastoris, seu officialium suorum, cui, vel quibus specialiter commiserit pleno jure spectant, et pertinent et idem intelligi debet de nemoribus, et silvis in quibus locis potest idem Pattha et Præsul per se, vel alios piscari, et venari facere, ut aliis factum est pro suæ libito voluntatis ut inde privilegia plura patent.

De singulari, et plenissima donatione in jurisdictione Aquæ . . + . . a montibus usque ad mare in qua nullus potest ædificare ponte, nisi Pattha et aquæ Natisse transeuntis, sive labentis per civitatem Aquilejensem quæ inferius amplius nominatur patent publica et autentica privilegia imperialia, sive regalia a me visa et lecta.

+ sta così nell' originale.

De terra insuper intra Plavam et Liquentiam existente supradᵗæ Aquilejensis Ecclæ et Patthæ ejusdem pleno jure donata, et concessa patent imperialia privilegia, similiter in plena forma.

De Castro quoque montis silicis cum pertinentiis, juribus, et jurisdictionibus quibuscumque ad dictum castrum spectantibus apparent privilegia regalia,

sive Imperialia publica a me visa et lecta.

Castrum S. Pauli in partibus Tiviscinis cum villis ejusdem castri et S. Georgii, nec non cum silvis de Midello, et Medax p atque universis juribus jurisdictionibus, et pertinentiis suis ex antiquo privilegio olim per me viso, et lecto ad Patrkae mensam spectaverunt, et spectant.

Marchionatus Istriae, et tota Istria obedire consuevit, et obedivit ex privilegiis pleno jure concessis S. Aquilejensi Ecclesiae, ejus Patriarchis et Praesulibus qui fuerunt pro tempore, sed Veneti per vim, et potentiam pluribus retroactis temporibus occupaverunt, et occupant plures Civitates terras, et loca Marchionatus praedicti, scilicet Polam, Iustinopolim, Parentium, Emoniam, Petronam, Montonam, pluresque alia castra, et bona in ipso Marchionatu existentia, solvendo tamen annuatim parvum et levem censum ipsi Patrkae, et Pastori pro regalibus juribus, et jurisdictionibus civitatum, terrarum, et locorum praedictorum.

Notandum est tamen quod juxta sententiam arbitrariam alias latam per D. Comitem Sabaudiae in M.CCC.LXXXI. supra differentiis vertentibus inter Dominos Regem Hungariae Januenses, et Patriarcham Aquilejensis Ecclesiae ex una et Venetos ex altera, Dominus Summ. Pontifex praesens, vel qui pro tempore fuerit habet potestatem et auctoritatem plenariam sententiandi disponendi et declarandi et determinandi super omnibus et singulis Civitatibus terris, et locis per supradictos Venetos, ut praemittitur occupatis, et super juribus ipsorum.

Civitas Tergesti cum auxilio et favore Januensium exstitit nuper sita in 1380. per bonam memoriam D. Marquardum Patrkam Aquilejensem acquisita de manibus Venetorum illam occupantium redempta cum castris de Macho, et Muchulano ipsique Patrkae pro se et successoribus suis ac vice et nomine suo et Aquilejensis Ecclesiae per Cives dictae Civitatis praestitum exstitit obedientiae, et fidelitatis plenae, et perpetuae debitum juramentum. Itaque idem Patrka, et successores sui perpetuo in ipsis Civitatibus, et castris providere poterat, et debebat.

De capitaneis, et rectoribus pro eorum libito voluntatis, ipsorum civium tamen sumptibus et propter hoc tenebantur ipsi cives eidem Patrkae, et successoribus suis de certis censibus annuis singulis respondere.

D. Raymundus de Castello, et illi de Duino sua nomine pignoratitio tenent Castrum petrae pilosae ad mensam Patrkae spectans et ultra hoc per violentiam et de facto pluribus retroactis temporibus occupavit, et occupat Marchionatum supradictum cum juribus, et Jurisdictionibus, et omnibus pertinentiis suis, in quo Marchionatu ultra occupata per Venetos ut superius notatum est adhuc extabant et extant castra VIII. Aquilejensi Ecclesiae, et Patriarchis qui fuerunt pro tempore obedientiam debitam et plenam praestantia, scilicet castra de Buleis Portulis, Pinguent, Albona, Flaona, Rocco, et duo castra.

Terra Muglae cum omnibus juribus et Jurisdictionibus, ac pertinentiis suis spectat

et pertinet ad Aquilejens. Ecclam eiusq. Patham et Populum, ubi idem Patha habet et potest pro voluntate sue libito de Potestate sive Capitaneo et rectore providere tam virtute privilegii imperialis et regalis antiquitus ipsi Aquilejens. Ecclie specialiter concessi, prout in registris privilegiorum Capituli ejusdem Ecclie vidi, et legi, quam etiam virtute pactorum ultimo contractorum inter Bo. mem. D Patham Marquardum, et cives et incolas terre supradicte Et propter hoc predicti de Mugla annuatim Pathali mense solvere tenens pro regalijs et Decimis vini, et olei consuetam, nec non certam pecunie quantitatem virtute ipsorum pactorum de quibus apparere debent Instrumenta publica et autentica manu q.m Nicolussii Zerbini de Utino tunc Pathalis Notarii in 1370. vel circa

(?) In partibus Carniole et Marchie sunt plura castra, et bona spectantia ad Pathalem mensam scilt Castra de Los. Vipar, et Ondrisperch cum pertinentiis ipsorum, que nunc occupant D Comites Cilie et de Ortemburch. Credo tamen quod ipsi Comites certas Investituras habeant tacita veritate obtentas.

Patha quilibet debet et tenet regalia, et temporalia ab Imperatore recognoscere, ac de illis investituram accipere et hoc potissime quando Imperator in partibus Italie existit, aliter non tenet, ut ex speciali privilegio imperiali constare vidi.

Castrum quoque de Vindisgratz cum muris et omnibus pertinentiis suis olim fuit de patrimonio felicissime mem. D Pathe Bertoldi, et idem Patha illud, et alia plura bona jurisdictiones et jura concessit perpetuo, et donavit S.te Aquilejens Ecclie eiusq. Pathis et Populis prout ex patentibus privilegiis ejusdem Pathe plene, et clare constat, sed nunc occupant D Duces Austrie.

In eisdem partibus sunt vassalli multiplices et diversi recognoscentes, et qui consueverunt recognoscere multiplicia et diversa pheuda a dicta Aquilejens Ecclia et Pathis Aquil. qui pro tempore recipientes in forma debita investituras ipsorum prout apparere vidi p autentica privilegia, et publica documenta. Egoque in materia eadem scripsi.

Dnus Rex Boemie tenet ex debito redimere Patham Aquilejens si forte ab aliquo caperet et ob hoc idem Rex tamquam vassallus obtinet bona plurima ab Ecclia supradicta

Dni Duces Austrie etiam sunt vassali Ecclie supradicte Aquilejens eiusq. Pathe, et Pastoris, et obtinent plura et diversa bona ^et pheuda^ a dicta Ecclia, et Pathis, qui pro tempore recognoscunt.

Similiter quoque Comites Goritie, Cilie et de Ortemburch sunt vassalli supradicte Ecclie Aquilejens et obtinent plura castra et bona jure pheudi a dicta Ecclia, et Pathis, qui pro tempore fuerunt qui recognoscere, et se de illis investiri facere tenentur prout aliis fecerunt.

Insuper ille Dnus de Duino deberet et debuit recognoscere more primogenitorum suorum Castra Duini, Prem, et Sclosenich cum pertinentiis eorum juxta antiquarum scripturarum tenorem quas ego vidi, et legi.

Etiam apparere debent, et sunt privilegia clara, et autentica imperialia

de confirmationibus privilegiorum suorum, donationibus et jurisdictionum omnium ipsi Ecclesiae Aquilejensi olim per quoscunque Imperatores, Reges, Principes, et Dnos quoslibet concessorum.

Caeterum notandum est, quod tempore bonae mem. Ottoboni Patriarchae, vel circa depositata, vel pignorata fuere penes quemdam de societate Caponorum de Florentia cetera supradicta et regalia optima privilegia continentia donationes Fori Julii et aliorum locorum, et terrarum ad supradictam Ecclesiam spectantium, quorum privilegiorum major pars bullis aureis bullata, prout inde continere vidi publico Instrumento manu q.m D. Melioranthe Canonici Utini nunc Patriarchalis Not. scripto.

Ego David de S. Felice civis Utini fil. q.m Egr. viri S.r Nicolai Not. de Tricesimo pub.s Imp. Auct.e Not. suprascripta memorialia ex vero, et autentico originali manu sp. f.m D. Odorici Andreae de Utino Patriarchalis Cancellarii mihi ostenso et commodato per Nob. virum S. Odoricum de Susannis nepotem supradicti f.m D. Odorici Andreae fideliter exemplavi nihil addendo, vel minuendo, quod sensum mutet etc. Verum hoc quia nonnulla verba in aliquibus locis deficiunt non quia illa praetermiserim sed quia originale erat ab edaci vetustate corrosum et ipso restituto idem S. Odoricus me scienti audiente illud exemplum attulit et elargitus fuit Magnifico et Clariss.mo D. Andreae Lauredano dignissimo Locumtenenti Patriae Fori Julii. etc.

Certum est enim, quod de ipsis bonis [illegible] et bona plurima irrequisito Dno sunt distracta et quorum juris proprii possessio sunt Aquilejensis Ecclesiae, ejusque Patriarchae in praemissis alienata et vendita atque ad manus personarum bonorum talium non capacium in damnum et modum, et praejudicium S. Aquilejensis Ecclesiae, ejusque Patriarchae, et Praesulis non sine dolo forte est translatum.

Notandum est etiam, publiceque notorium et servatum extitit, quod in Civitate Aquilejensi nec non in terris Utini Civitatis Austriae, Glemonae, Venzoni, Tulmetii, Montisfalconi Portugruarii S. Viti, Sacili, Maranae, caeterisque Patriae locis nullus habet vel praetendere potest in civilibus vel criminalibus jus aliquod, nisi quantum de speciali privilegio vel licentia, et auctoritate nominatim Patriarchae obtinere noscatur, et hic satis.

Nota Constitutiones confirmatas per Serenissimum Principem Venetiarum Franciscum Foscari 1429. qua determinatum fuit, quod omnes particulares constitutiones consuetudines, et statuta cujuscunque loci Patriae conservent, eisdem non derogando per generales constitutiones et privilegia, sive Investituras Communitatum et Nobilium prout in fronte in fine voluminis ubi incipit: Franciscus Foscari Dei gratia Dux Venetiarum Nobilibus et sapientibus viris Vitali Miani de suo m.o Loc.ti Patriae.

(o) Literarum

Exemplum fideliter de verbo ad verbum extractum ex lib.o sive registro (o) ~~[illegible]~~ Cancellariae Rmi D.D. Antonii Patriarchae Aquilejensis dignissimi de 1397 Ind.e 5 sic incipiens

1397. VB

Nos Antonius tenore presentium facimus notum universis nostras
presentes literas inspecturis, quod in hac nostra Patria Fori Iulii nostros
ad libitum officiales facimus, constituimus, et ordinamus, et creamus
v3 Marescalchum, et Vicarium in temporalibus generales, Potestates, Capi-
taneos et Gastaldiones, qui tam in causis criminalibus, quam civilibus,
et profanis quibuscumque secundum antiquas Patrie nostre consuetu-
dines v3 p astantes, et non aliter unicuique postulatam, et debitam
habent Iustitiam ministrare, dum enim pred.[ti] Nri officiales, vel
ipsorum aliquis sedet pro tribunali ad Ius reddendum petunt a cir-
cumstantibus in causa de qua questio vertitur auditis hinc inde allegatis
quid iuris, et tunc p ipsos astantes pronunciat et lata sententia
p eos rata et grata habet, et inviolabiliter observat ac p pred.[ti] nros
officiales executioni debite demandat et faciunt exitus demandata
iuxta p ipsos astantes traditam eis formam in cuius rei testimonium
presentes scribi iussimus et nostro sigillo muniri.

Datum in nostra Civitate Austrie die 26 Aplis anno, et ind.[e] quibus sup.[a]

Ego Ioannes Pacis Tergestinus q.[m] D. Andree Insptis Nor. Utini
habitans, penes quem reperit liber, sive registrum literarum de quo sup.[a]
fit mentio suprascriptas literas exemplatas ex dicto lib.[o] aliena manu
contuli cum originali suo, cum quo rite concordat, ideo me in fidem,
et testimonium subscripsi signo meo consueto apposito.

Tituli eorum qui convocari solebant
ad Parlamentum.

Pro parlamento fiendo scribitur Infrascriptis.

Episcopo Concordiensi
Decano et Capit. Aquilejensis
Decano et Capit. Civitatensis
Abbati Sextensi ... Rosacensi
Abbati Bellunensi
Abbati Sextensi
Abbati Moziacensi
Preposito S. Odorici sup.[a] Tulmetium
Preposito S. Stephani Aquilejensis
Preposito S. Felicis Aquilejensis
Preposito S. Petri de Carnea

Comunitatibus

Potestati Consilio et Communitati Aquilejensis
Gastaldioni Cons.[o] et Communitati Civitatensis
Gastaldioni Cons.[o] et Com. Utini
Capitaneo Cons.[o] et Com. Glemone
Potestati Cons.[o] et Com. Portusgruarii
Cap.[o] Cons.[o] et Com. Sacili
Potestati, et hominibus de Marano
Cap.[o] et universis de Montefalcone
Gastaldioni Carnie et hominibus de Tulmetio

Liberis

Fidelibus de Prata
Fid. de Purliliis
Fid. et minist. de Pulcinico
Fid. et minist. de Villalta
Fid. et minist. de Castellerio
Fid. et minist. de Strasoldo.

Habitatoribus.

Gastaldioni et habitatoribus Aviani.
Gastald. et habitat. S. Vit.
Gast. et habit. Meduna.
Gast. et habit. Tricesimi.
Gast. et habit. S. Danielis
Gast. et habit. Faganea.
Gast. et habit. Fulmini
Habitatoribus et ministerialibus de Attemps.
Habit. et minist. de Sophumberg
Habit. de Mossa
Habitatoribus de Cavisaco.

Ministerialibus.

Ministerialibus de Monteregali
Minist. de Maniaco
Minist. de Toppo
Minist. de Pinzano
Minist. de Bagarea
Minist. de Flagonea
Minist. de Spegimberch
Minist. de Valvasono
Minist. de Sbrolavacca
Minist. de Salvarolo
Minist. de Frattina
Minist. de Soiimbola
F. et Nepotibus de Pers.
Minist. de Osopio
Minist. de Legio
Minist. de Sollero
Minist. de Lucinis
Minist. de Artenea
Minist. de Pramperg
Minist. de Buja
Minist. de Mels
Universis de Colloreto
Minist. de Cavoriaco
Minist. de Vendojo
Minist. de Treppo
Minist. de Carnaco
Minist. de Cassaco
Minist. de Tercano
Minist. de Rodegliano
Et nonnulli alii ministeriales subsequuntur qui ob caducitatem, et vetustatem literarum

legi non poterant
Ex notis olim S. Gabrielis Notarii q.m D. Andriei de Cremona Cancell. Dni D. Pagani Patriae ex lib.o signato S.
Ego Simon filius q.m prudentis viri S. Joannis Not. de Lovaria publ. Impli auct.e Not.s ex commissione mihi facta per Magnificum et Excellentiss. D. Nicolaum Marcello pro inclita celsitudine Venetorum nunc Patriae Fori Julii Locumtenentem dignissimum prout inveni in quodam lib.o signato litera S. B. in ultima carta membrana ex notis olim S. Gabrielis Not. q.m D. Engilini de Cremona Cancell. Dni D. Pagani Patriae fideliter scripsi signo nomineque meis appositis consuetis in fidem omnium praemissorum rogatus, et requisitus.

N. J. Joannes Maurocenus pro Serenis. Duc. Do Venetor. Provinciæ Fori Julii Locumtenens Generalis. Quoniam de fide, et probitate Notariorum sæpenumero ob locorum distantiam dubitari solet, idcirco omnibus et singulis præsentes visuris fidem facimus indubiam et attestamur quod supradictus D. Simon de Lovaria est publicus, et legalis Not.s bonæ conditionis et famæ, cujus instrumentis et scripturis publicis hic, et ubique plena adhibetur fides tanquam confectis manu publica et autentici Notarii. In quorum fidem præsentes fieri jussimus nostri sigillo magistratus roborandas.

Datum Utini die 11. mensis Maii 1498. Ind.e prima

Sigillum

Evangelista a Scala Coadjut. Mand.

1371.

Parlamentum Rmi D. Marquardi
Pattæ capaces constit.nes excludentes filios
et hæreditate Patris decedentis ab intestato

In Xti Noe Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1371. Ind.e 9. die 16. mensis Novembris. Convocato et congregato colloquio generali Prelatorum Nobilium et Comunitatum Patriæ Fori Julii of B.mum in Xto Patrem ex D. nostrum D. Marquardum Dei gratia S. sedis Aquilejensis dig.mum Patriarcham in Patriarchali Palatio Aquilejensi in sala magna superiori, in quo quidem colloquio interfuerunt Ven. et Nob. viri

Prælati
D. Floriamundus Abbas Bellunensis
Georgius de Torre de Papia Decan. Aquilejensis
Octobonus de Ceneta Decan. Civitatensis
Joannes de Lismo Canonicus Aquilejensis
Presbyter Nicolaus Homo canonicus Utinensis
Guido de Bononia Præpositus S. Felicis de Aq.æ

Nobiles
Jacomutius de Purliliis
Paganus miles de Savorgnano
Simon de Cucanea
Joannes de Monticulis in temporalibus prædicti D. Pattæ Vicarius Gnlis
Azulinus miles de Guberninis de Utino.
Pileus de Montio
Hector de Sulcinico
Petrus et Rizzardus fratres ... de Strasoldo
Bernardus q.m D. Osalci
Vicardus de Prampergo
Hector de S. Daniele
Nicolaus de Maniaco

Varnerius et
Federicus — de Manzano
Ricardus de Valvasono
Joannes de Colloredo
Balardinus de Pers
Gulielmus et
Nicolussius — de Ragonea

Comunitates Raynaldus de Vicentia Castaldio Civitaten.
Cichinus hospes et
Nicolaus de Ragonea — de Aquileja
Rodulphus de Portis et
Jacobus de Bulens — de Civitate
Julianus Brugnus et
Nicolaus Francisus — de Glemona
Joannes Antonius et
Jacobus de Susa — de Venzono et
Nicolaus Not.s de Azzano et alii plures de Patria Fori Julii ad prędictum colloquium convocati necessarii pro d.to generali colloquio celebrando inter alia quę ibidem proposuit Rem Dnus Patha pro utilitate et bono statu servitorum suorum et subditorum suorum de Patria Fori Julii proposuit etiam infra ?.

Quod ad ipsius notitiam nuper pervenerat quod inter alias Constitutiones Parlamentales quę post ipsius D. Patrię translationem ad Aquil. Ecclam et sub ipso fuerant edite et firmate, facta et confirmata fuerat una Constitutio de successionibus ab intestato, per quam filię feminei sexus etiam nullis filiis masculis seu earum fratribus patri intestato defuncto supervenientibus ab ipsius Patris successione excludebantur per fratres Patris earum et alios ipsarum Patri remotiores eis in gradu cuius constitutionis tenorem ipse alias ignoravit et si advertisset aliquo ipsam constitutionem talis effectus, ut nunc perpendit ipsam numquam confirmasset, quia quod filia excludatur ab hereditate paterna est notorium et manifeste contra jus divinum canonicum et civile, et naturale et etiam contra omnem juridicam consuetudinem, maxime quando ibi extant defuncto filii masculi earum fratres, prout ibidem in scripturis divinę paginę publice legi fecit. Unde proposuit, et dixit quod nullo modo volebat constitutionem prędictam durare nec robur aliquod obtinere sed eam penitus fore cassandam revocandam, et annullandam subjungens quod sibi reputabat ad magnum peccatum, et ex hoc suam animam non modicum aggravatam, quod sub ipso edita fuisset talis constitutio tam absurda, et juri contraria ut prefertur, ut permitteret perdurare. Et ideo motus ex prędictis, et aliis justis, et rationabilibus causis omnibus, jure, via, modo, et forma quibus melius, et efficacius potuit in presentia prędictorum in dicto generali colloquio convocatorum expressis verbis ipsam constitutionem et omnem eius effectum ac continentiam et tenorem cassavit, annullavit et irritavit, ac pro cassa, et irrita haberi voluit

et mandavit revocando ex nunc omnem suam auctoritatem si quam dictae
Constitutioni aliquis interposuit, asserens, si id processit, processisse ex in-
advertentia, super quibus et aliis per praed.tum D. Patham in d.to parlamento
propositis petito ut moris est a praedictis Praelatis, Nobilibus et Nunciis Com-
munitatum et aliis, qui intererant parlamento praed.to et eorum quolibet
quid sibi videretur super propositis per d.tum D. Patham multi ex eis expresse
consuluerunt, et consulendo affirmaverunt praed.tam constitutionem omnino
cassandam et irritandam fore, et debere integraliter suis viribus enervari
et eam debere haberi pro cassa et irrita verbis clarissimis exprimentes cassa-
tionem, et revocationem praedictas per dictum D. Patham factas, laudantes et
eas, quanto efficacius potuerunt tamquam justas, et rationabiles in om-
nibus approbantes.
Multi vero alii ex congregatis in colloquio supradicto nihil expressive dixerunt super
fienda vel non fienda cassatione constitutionis praed.tae tamen propositioni
factae per dictum D. Patham de cassanda Constitutione praed.ta ac cassationi de
ea per ipsum factae aliqualiter non contradixerunt, nec ipsam cassationem
aliqualiter seu ullatenus impugnantes, vel reprobantes sed aliorum consilia
super omnibus nunc propositis per dictum D. Patham sub breviloquio commendantes.
D. vero Paganus de Savorgnano, et Hector Not.s q.m Odorici Militis de Utino
qui pro Communitate Utini aderant parlamento praed.to dixerunt et con-
suluerunt quod in casu quo ipsa constitutio deberet innovari bonum
foret quod reformatio ipsius ostenderetur Nobilibus et Communitatibus Patriae
Fori Julii, ut super ipsa reformatione possent plene deliberare, et in
alio Parlamento celebrando super ipsa reformatione maturius consilium
dare, quia tamquam improvisi non poterant ita celeriter plene consulere
super reformatione constitutionis praed.tae, protestantes ibidem dicti Dominus
Paganus, et S. Mussius de Remanzaco, quod si fieret aliter aliqua refor-
matio praed.tae constitutionis non deberet eis aliquod praejudicium generare.
Demum auditis per praed.tum D. Patham omnibus et singulis narratis et dictis
per quoscumque in Parlamento praed.to ipse D. Patha iteratis repetitis cau-
sis ipsum moventibus, et inducentibus ad cassandam constitutionem praed.tam eandem
statuit et decrevit fore cassam inefficacem, irritam, et inanem, et in ju-
dicio suo, et sub ejus officialibus nullatenus observandam. Mandans ex
nunc omnibus et singulis officialibus suis, quod ipsam Constitutionem coram
eis non permittant allegare seu aliqualiter ea uti quibus verbis tunc
etiam non fuit per aliquem contradictum sed sub taciturnitate fuit illico dic-
tum colloquium dissolutum. — Actum ut sup.a in Patriarchali Palatio Aquilejae
in sala magna superiori.
Et Ego Joannes q.m Dominici Gubertini de Novate Utini residens publ.s
Imperiali auct.e Not.s, et praedicti D. Pathae officialis, et scriba praemissis
omnibus interfui et rogatus scripsi et publicavi, meumque hic signum
apposui consuetum in testimonium praemissorum.
Ego Thomas Pacis Not.s ex alio exemplo penes me existente per fidum mihi
Coadjutorem exemplari feci et in fidem subscripsi.
Praemissam copiam cassationis aliena manu descriptam ex processu manu q.m D.
Josephi Sporeni Not. patris mei formato, et expedito inter Nob. D. Ludovi-

cud de Valvasono, ac filius q.m Nob. D. Henrici de Valvasono Theophrasty Sporeny Nots pub.s ex Collegio Utini rogatus publicavit.

1238

Privilegium Imperiale necubi in Patria Fori Julii et Istria haberi jurisdictionem, nisi ex gratia speciali D. Patthe.

Federicus Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem et Sicilie REX. Per presens scriptum notum volumus fieri universis imperii fidelibus tam presentibus, quam futuris, quod dilectus Princeps noster Bertoldus Ven. Patthe Aquilejensis in nostra proposuit presentia constitutus, quod cum quidam in Foro Julii et in Istria existentes, qui a predecessoribus suis vel ab ipso Aquilejensi Ecclesia infeudati sunt in mansis paucis, vel pluribus et quandoquidem in eis obtinuerunt advocatiam gratia conferentis, iidem infeudati privatis eorum utilitatibus et suis proventibus id consentiunt de furtis et aliis criminalibus causis, de penis judicium sanguinis inferendum, et quibusdam que spectant ad merum et mixtum imperium, que omnia pertinent jurisdictioni eiusdem Principis, non ratione regalium et auctoritate propria temere intromittunt et hoc tantum sicut dicitur, et mansos cum omni jure obtinent in injuriam acceptarunt. Quare nostre Celsitudini supplicavit, ut cum hec omnia, tam predecessores sui, quam ipse auctoritate imperii obtineant, dignaremur temeritati repugnantium obviare et jurisdictionem suam servari integram mandaremus. Cum igitur spectet ad imperatoriam majestatem principum nostrorum jura conservare, attendentes igitur immensam devotionem pred.ti Nri Principis Ven. Patthe, quem ad nostra et imperii servitia semper et ubique paratum et expositum invenimus, ut in sua jurisdictione injuriam vel incomodum non incurrat, predictam abusivam consuetudinem ab eisdem infeudatis inventam vel hactenus approbatam penitus abolemus presentis scripti auctoritate inhibentes, quod nulli eorumdem infeudatorum in Foro Julii, vel Istria de cetero liceat occasione mansi, sive mansorum vel sub pretextu advocatie, vel occasione sumpta, et mansos cum omni jure obtineant cum verbum ipsum sit cum omni jure privatus, et cunctas ipsis mansis utilitates exponat de criminalibus causis, furtis, fustigationibus, vel consimilibus, que ad judicium sanguinis spectant vel merum, ac mixtum imperium sapiunt cognoscere vel temere se intromittere sine pred.ti Patthe indulgentia vel mandato sed tantum idem Patthe, et officiales sui quos auctoritate ordinaria jurisdictionis loco et vice sua duxerit deputandos, predictam jurisdictionem exerceant sicut decet. Si quis vero contra presentis nostre prohibitionis edictum venire presumpserit et in abusione solita tentaverit permanere, presumptores ipsos eisdem mansis sive advocatie feudis ingratos decernimus, et indignos, maxime cum privilegium mereatur amittere qui concessa sibi abutitur potestate. Ad cuius rei memoriam, et stabilem firmitatem presens scriptum fieri, et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in Castris in obsidione Brixiae Anno Dominicae Incarnat. M.CCXXXVIII. Mens. octob. XII. Ind.e Imperante Dño Nro Federico Secundo Dei gratia Invictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto Jerusalem et Siciliae Rege, Imperii eius anno XVIII, Regni Jerusalem XIII, Regni vero Siciliae XLI. feliciter Amen.

(S.N.) Et ego Bartholomeus Mastricus de Utino Impli auct.e Not.s publ.s Commissarius notarum, et scripturarum egr. q.m S. Raphaelis de Torellis de Verona Not. Utinensis in sua ultima voluntate relictarum, mihique commissarum die 13. septemb. 1479. per Magnif. et Generosum militem Joannem Emo tunc huius Provinciae Fori Julii Locumtenentem hoc suprascriptum privilegii exemplum producti die octava Aug. 1466. per spec. D. Blachinum Comitem Purliliarum in iudicio Magnifici D. Locumtis Patriae contra Nobb. consortes de Zoppola in causa iurisdictionis villae Cevragliae prout in processu ipsius causae ad cartas 28. registrato inveni de manu propria eiusdem q.m S. Raphaelis Not. et Scribae ipsius causae fideliter de verbo ad verbum ex registro seu processu ipso mea propria manu exscripsi in qua namq. causa de ult.a dicti mensis Aug. 1466. fuit conclusum nulla eidem privilegio facta oppositione Et ideo ut huic exemplo per me ut sup.a fideliter sumpto tamq. autentico secundum Bal. de Ca. in L. i. §. editiones ff. de Eden. et Alo in L. in legem in iii. col. ff. ad L. Aquil. plena fides adhibeatur me hic subscripsi, in fidemq. robur, et testimonium omnium, et singulorum premissorum signo, nomineq. meis appositis consuetis &.

1327.

Impositio Exercitus Prelatis, Castellanis, et Communitatibus Patriae Fori Julii.

Infrascripta sunt, quae facta sunt in colloquio generali celebrato per q.m D. Pattam Paganum in Utino in sala inferiori Castri et Palatii Patriarchatus M.CCCXXVII. Ind.e X die penultimo mensis Nov.s, in quo interfuerunt infrascriptae notabiles personae D. Abbas Rosacensis, D. Abbas Sextensis, D. Raynaldus della Turre Thesaurerius Aquil., D. Morandus de Porciliis, D. Odoricus miles et Simon eius filius Joannes de Partistain et Thomasutus de Partistain Joannes Not. Adalperi, Ricardus de Valvasono omnes de Cucanea D. Articus de Prampergo miles D. Brisaglia de Porciliis, D. Bernardus de Strassold Federicus, et D. Joannes de Villalta D. Asquinus de Colloredo D. Nicolaus de Castello, D. Franciscus de Tercano (?) D. Federicus de Savorgnano D. Federicus de Moruzzo D. Articus de Varmo, D. Ludovicus, et D. Mussinus de Cormons D. Franciscus de Manzano D. Paulus Boianus D. Philippus de Portis de Civitate D. M.r Odoricus Not.s D. M.r Franciscus Not.s D. Hendrico de Castro Utini de Utino Hermanicus Not.s de Gemona Magdeus (?) Not.s de Aquileja D. Franciscus de Pinzano, Odoricus, Nicolaus et Simon de Budrio, D. Rapinus, D. Carlevarius et D. Antoniolus della Turre ac alii quam plures tam Nobb. quam Communitatum Fori Julii ad d.m colloquium congregatorum multitudine copiosa.

Impmmij propositij p D. Patha diligenter et provide que proponere voluit super defectibus reformatione totius Terre Fori Iulii, et Aquilegen. Ecte tam super defensione et custodia dicte Terre, quam super securatione stratarum et aliorum que provisione et reformatione indigent pro bono statu Terre, et servitiorum Aquil. Ecte. Quesitum fuit ab omnibus more solito quid consulebant, et quid agendum erat et hinc consultum fuit ab omnibus, et ita firmatum. Quod ad evitandum pericula et damna aliorum passa fiat impositio militum tam magna, sicut fieri potest, et quod unusquisque conetur pro posse suo et quod consiliares de novo fiant, qui simul cum D. Patha consulant ac videant super impositione fienda et aliorum, ac defensione terre, et que p. D. Patha exposita sunt et hinc more solito omnes de colloquio se in partes traxerunt ad eligendum Consiliarios suos, qui electi fuerunt inferius annotati.

D. Abbas Moracensis ⟶ pro Prelatis
D. Morandus de Porciley
D. Brisalia de Puruley ⟶ pro Liberis
D. Joannes de Villalta
D. Federicus de Savorgnano pro Comuni Utini
D. Philippus de Porcij pro Com. Civitat.
Maphens Nots pro Com. Aquil.
Hermannus Nots pro Com. Glemone
D. Odoricus de Cucanea
D. Articus de Prampergo
D. Hendriguttus de Villalta
D. Asquinus de Colloredo
D. Nicolaus de Castello
D. Franciscus de Incano
D. Articus de Varmo
D. Franciscus de Marzano.

Quibus data fuit plena potestas p dictum Colloquium ordinandi et providendi de super omnibus et singulis antedictis simul cum dicto Dno Patha, prout eis pro meliori videbitur, et quod quidquid fecerint ordinaverint, et mandaverint vim et vigorem obtineat totius colloquii et ita executioni mandentur ac si p toto colloquio facta essent. Vocatis igitur ibidem statim nominatim omnibus consiliariis antedictis omnes, et singuli prestiterunt juramentum consuetum p per consiliarios prestari consuevit. Et hinc finito colloquio D. Patha cum consiliariis suis predictis ascendit Palatium suum, et se traxerunt in sala majori ut ibi consulerent et viderent quid esset agendum. Quesito igitur ab omnibus consiliariis hoc consultum fuit nemine discrepante quod nova impositio fiat equitum tam magna sicut fieri potest juxta possibilitatem uniuscujusque. Et quod etiam fiat impositio peditum et ita firmatum et provisum fuit et quod de crastina dicti ~~colloquii~~ consiliarii in loco prefto convenirent simul cum D. Patha pro impositione et expeditione predictorum.

Item facta fuit impositio equitum per modum infrascriptum, et firmata.

D. Patha	Clmos	XL.	Balistas	X.
D. Episc. Concordiens	Cl.	VIII.	Bal.	II.
Capitulum Aquilejens	Cl.	X.	Bal.	II.
Abbas Belliniens	Cl.	II.	Bal.	0.
Preposit. S. Stephani Aquil.	Cl.	III.	Bal.	I.
Prepositus S. Felicis	Cl.	0.	Bal.	I.
Monast.m Dnarum Aquil.	Cl.	II.	Bal.	II.
Abbas Rosacens	Cl.	III.	Bal.	I.
Abbas Mosacens	Cl.	III.	Bal.	I.
Abbas Sextens	Cl.	IIII.	Bal.	I.
Capit. Civitatens	Cl.	X.	Bal.	II.
Monast.m Dnarum Civitatens	Cl.	I.	Bal.	I.
Preposit. S. Odorici ultra Tul.	Cl.	III.	Bal.	0.
Preposit. Carnee	Cl.	I.	Bal.	0.

Nobiles Castellani.

Prata	Cl.	XVI.	Bal.	V.
Purcilis	Cl.	XVI.	Bal.	V.
Pulcinicum	Cl.	VIII.	Bal.	IIII.
Avianum	Cl.	II.	Bal.	I.
Mons Regalis	Cl.	II.	Bal.	I.
Manianum	Cl.	III.	Bal.	I.
Pinzanum	Cl.	II.	Bal.	0.
Toppum	Cl.	I.	Bal.	I
Spigambergum	Cl.	XII.	Bal.	II.
S. Vitus	Cl.	II.	Bal.	I.
Strolavacca	Cl.	III.	Bal.	I.
Salvarolum	Cl.	III.	Bal.	I.
Laurenzaja	Cl.	III.	Bal.	0.
Medruna	Cl.	IIII.	Bal	0.
Azzanum	Cl.	I.	Bal.	0.
Gruarium	Cl.	I.	Bal.	0.
Frattina	Cl.	I.	Bal.	I.
Flagenea	Cl	I.	Bal.	0.
Castrum Raymundi	Cl.	I.	Bal.	I.
Villalta et Cavrianum	Cl.	XII.	Bal.	IIII.
Fojanea	Cl.	IIII.	Bal.	I.
Monticulum et Tercanum	Cl	XII.	Bal.	IIII.
Castilerium	Cl	II.	Bal.	II.
Brazzacum superius / Brazzacum inferius	Cl.	I.	Bal.	I.
Fontanabona	Cl.	III.	Bal.	I.

Collorcdus et Mels	Cl. XIIII.	Bal. IIII.
Pers et Susanum	Cl. III.	Bal. o.
S. Daniel	Cl. IIII.	Bal. II.
Ragonea	Cl. II.	Bal. II.
Prampergus	Cl. IX.	Bal. III.
Cassacum	Cl. I.	Bal. o.
Arthenea	Cl. o.	Bal. I.
Carvacus	Cl. I.	Bal. o.
Vendoij	Cl. I.	Bal. I.
Buja	Cl. I.	Bal. I.
Attemps	Cl. II.	Bal. I.
Cucanea Pertistain Valvasonus	Cl. XVI.	Bal. IIII.
Sophumbergus	Cl. III.	Bal. o.
Strasoldus	Cl. X.	Bal. II.
Manzanus	Cl. IIII.	Bal. I.
Budrius	Cl. I.	Bal. o.
Castellum Tarcentus	Cl. XII.	Bal. II.
Varmus	Cl. III.	Bal. I.
Alii Dni Asquini	Cl. I.	Bal. o.
Rivarotta	Cl. II.	Bal. I.
Zesacus	Cl. o	Bal. I.
Cernodus	Cl. I.	Bal. I.

Communitates

C. Aquileja	Cl. VIII.	Bal. IIII.
Civitatus	Cl. XX.	Bal. VI.
Civitatens extusia	Cl. V.	Bal. II.
Glemona	Cl. XII.	Bal. IIII.
Utinus Savorgnanus	Cl. XL.	Bal. X.
Monsfalco	Cl. III.	Bal. o.
Tulmetius	Cl. II.	Bal. o.
Sacilius	Cl. II.	Bal. o.
Caniza	Cl. II.	Bal. o.

Soclevum
Quart ⟩ — Cl. — II — . — Bal. — o.
Liuncij

Los — — — Cl. — — II. — — Bal. — o.
Vipaud — — Cl. — — III. — — Bal. — o.
Mossa — . — — Cl. — I. — — Bal. — o.
Petrus de Petra Pilosa — Cl. — — III. — — Bal. — I.
Domini de Pola — Cl. — — VI. — — Bal. — I.

Suma Clmor CCCVI.
Suma Balistar CXVIIII. ⟩ Et cum additione Path[ri]ę Beltrandi

Clm. CII.
Bal. L. ⟩ in totum

Clm. V° VIII.
Bal. C°LXVIII.

Facta igitur impositione predicta statutum fuit ibidem et firmatum quod equus pro Clmo sit et esse debeat valoris centum librarum et equus pro Balista sit et esse debeat valoris quinquaginta librarum denariorum Venetorum parvorum, et quod unusquisque paratus sit equis, et armis pred[ic]tis juxta impositionem sibi datam usque ad XV. dies post prox[imu]m festum Nativitatis Dominice sub pena et in pena dimidie marchie pro quolibet Clmo, qui defecerit, et deinde XL. frix[acensium] pro qualibet die et sub pena XL. frix. pro quolibet balisto, qui defecerit, et deinde XX. den. pro quolibet die, que pena sine diminutione aliqua, vel intervallo temporis provit promiserunt, exigatur et quod impositio pred[ic]ta duret, et durare debeat a pred[ic]to XV. post Nativit. Domini usque ad annum integrum.

Post hec super impositione predicta, ut diligenter et cum deliberatione procederet in ea provisum fuit, quod de dicto Consilio aliqui eligantur ad faciendam impositionem predictam, et quod illi qui eliguntur die Jovis proximi esse debeant Utini simul cum Dno Patha et deinde singulis diebus sicut eis videbitur, donec dicta impositio facta fuerit perfecte, super quo fuerunt electi:

D. Abbas Rosaciensis pro Prelatis
D. Joannes de Villalta pro liberis
D. Asquinus de Colloreto
D. Franciscus de Maryano ⟩ pro ministerialibus
D. Franciscus de Tercano
Mapheus Not.s pro Comuni Aquil.
Philippus de Portis pro Comuni Civit.
M.r Franciscus Nassuti pro Comuni Utini
Hermannus Not.s pro Comuni Glemone.

Die Jovis 13. mens. Decemb. in loco pred[ic]to convenientibus in unum simul cum Dno Patha omnibus consiliariis, et aliquibus Nobb. 13.

D. Decano Civitatens.
Naffino della Turre
Federico de villalta
Bernardo de Strassoldo et

M.ro Francisco Trassut. pro impositione peditum predictorum firmatum fuit, et provisum, quod impositio peditum fiat per Decenas et quod Castaldiones, et Officiales Dni, et Nobiles Fori Iulii villas et Decenas eorum reducant in scriptis et illas dare debeant Dno Patriarche, et suo Consilio usque ad proximum Festum Epiphaniae Dni, et quod in crastinum Epiphaniae omnes consiliarii conveniant cum Dno Patriarcha ad procedendum super dicta impositione peditum. Item statuerunt, et firmaverunt quod mostra fiat in Campiformio cum equis, et armis in crastinum post Purificationem Beatae Virginis Mariae sub poena predicta.

Sigillum S.ti Marci.

Premissa omnia in precedentibus quatuor folijs contenta incluso presenti aliena manu fideliter educta e Thesauro Patriae Fori Iulii subscripsi, et sigillavi Ioannes Bapta Marchetanus Cancellarius eiusdem

1328.

Impositio peditum per Decenas, et additio Equitum.

In Noie Dni Amen. Anno Dni 1328. Indict.e undecima die undecimo mensis Februarii.

Infrascripta facta sunt in Colloquio generali celebrato Utini die dicta, in quo interfuerunt infrascripte Nobiles personae.

D. Abbas Mosacensis
D. Abbas Sextens.
D. Morandus de Purcilijs
D. Ulrinus de Pramperg
D. Odoricus de Strasolb
D. Odoricus de Cucanea
D. Articus de Pramperg
D. Hector de Utino
D. Brisalea de Purcilijs
D. Gabriel de Prata
D. Napinus della Turre
D. Carlevarius della Turre
D. Anfossius della Turre
D. Ioannes de villalta
D. Federicus de villalta
D. Ludovicus de Cavriaco
D. Mapeus de Cavriaco
D. Bernardus de Strasolb
D. Ioannes de Cucanea
D. Guarnerius de Cucanea
D. Thomasutus de Partistain
D. Ioannes de Partistain
D. Riccardus de Valvasone
D. Asquinus de Colloredo
D. Federicus de Savorgnano
D. Io. Franciscus de Castello
D. Articus de Varmo
D. Franciscus de Tercano
D. Philippus de Portis de Civitate
D. Franciscus de Manzano
M.r Ioannes Medicus de Aquileja.

Mr. Odoricus Nots. de Utino
Mr. Fran.cus Nots. de Utino
Maphejus Not.s de Aquileja.
D. Gulielmus m. Gualterii de Civitate
Ottolinus Guirch de Glemona ac
Aliorum quam plurium tam Nobilium quam Comunitatum ad dictum colloquium specialiter congregatorum multitudine copiosa.

Propositis per D. Patham in Colloquio predicto que proponenda erant benigne ac diligenter, ac provide super custodia totius Terre Dni Iulii et fortificatione ejusdem et maxime propter propinquum adventum Dni Ducis Karinthie et aliorum barnorum cum exercitu suo maximo et super reformatione Terre Aquileg. et reparatione status ac super facto impositionis militie et mostre facte et illorum qui non interfuerunt dicte mostre, nec non super impositione peditum juxta decimas ordinatas ac etiam super omnibus et singulis reformatione indigentibus et statum bonum et utile totius terre contingentibus quesitum fuit ab omnibus more solito, quid consulebant, quidve videbatur agendum et tunc consultum fuit ab omnibus et firmatum quod ad evitandum pericula et damna, que occurrere possent et ad providendum super omnibus, que proposita sunt per Dnum Patham pred.m Dnus Patha habeat consiliarios suos, et quod illi Consiliarii eligant simul cum Dno Patha quatuor, sex, vel octo, sicut eis videbitur qui super his provideant, ordinent, et disponant prout eis melius et utilius videbitur et quidquid fecerint ordinaverint et mandaverint valeat, et teneat ac si per totum colloquium factum esset.

Vocatis igitur statim omnibus consiliariis antedictis, aliisque de Colloquio recedentibus in partem provisum fuit per ipsos simul cum Dno Patha quod septem eligantur, qui habeant potestatem omnimodam antedictam et tunc electi fuerunt per ipsos infrascripti durantes per tres menses.

D. Morandus de Porciliis — pro Prelatis.
D. Joannes de Villalta — pro liberis.
D. Odoricus de Cucanea
D. Articus de Prampergo
D. Asquinus de Colloreto — pro ministerialibus
D. Federicus de Savorgnano — pro Utino
D. Paulus Bojanus — — — pro Civitate pro Comunitatibus.

Facta igitur electione predictorum et publicata ibidem coram toto Colloquio finitoque dicto Colloquio ipse Dnus Patha cum consiliariis suis predictis electis ascendit Palatium suum predictum et se traxit in sala parva, ut ibi consuleret, et videret quid esset agendum et tunc primo provisum fuit super facto impositionis militie VB. quod illi qui non fuerunt in mostra requirantur, itemque litteras D. Pathe ut die Dominica octava sint cum Equis et Baleis. sibi impositis ad faciendam dictam mostram coram Dno Patha ubi erit, et quod contra non venientes procedatur ad exactionem pene in precedenti colloquio ordinate, Contra vo

illos de Pulcinico, qui nec venerint, nec se excusaverint tamquam spernentes mandata D. Patriæ procedatur, et pignorentur super bonis suis, et quod D. Patria de benignitate sua itum ipsos de Pulcinico requirat ut die Dominica proxima mostram suam faciant cum aliis, et Decenas suas facto peditum, quas mittere noluerint, mittant ad dictum terminum, alioquin modo pred.to procedatur contra ipsos.

Tertio provisum fuit, et firmatum ibidem dicta die, quod impositio peditum juxta Decenas fiat, et quod pro qualibet decena duo pedites habeant et cum expediens, si unus pro decena non sufficeret, duo habeant.

Numerus autem Decenarum infrascriptarum
inferius annotatur.

Aquileja consignavit — Decenas — — — XL.
Civitatum — — — Dec. — — — CL.
Glemona — — — Dec. — — — C.
Utinum — — — Dec. — — — — CXXXVII.
Maranum — — — Dec. — — — XXII.
Monfalconum — — Dec. — — — XLVIIII.
Castaldia Fluminisell. Dec. — — — X.
Castaldia Chiarisaci — Dec. — — — XXXIIII.
Castalia Ageli — — Dec. — — — LX.
Jacilet cum Castaldia Ageli.
Castaldia Mosse — Dec. — — — IIII.
Castald. Nebile — Dec. — — — III.
Castald. Manzani — Dec. — — — XVI.
Abbas Rosaciens. — Dec. — — — XVII.
Capitulum Civitatens. de Bisano et Cultello consignavit — — Dec. — — — VIIII.
Item Premariaco — Dec. — — — XVIIII.
Castaldia Landri — Dec. — — — LII.
Castald. Sophumbergi — Dec. — — — XI.
Castald. Tricesimi — Dec. — — — L.
Castald. Buje — — Dec. — — — XLV.
Castald. S. Danielis — Dec. — — — XLVIII.
Castald. Fagance — Dec. — — — CXLIIII.
Castald. Sedegliani — Dec. — — — XIIII.
Capitulum Aquil. consignavit
In Palmata — — Dec. — — — II. et med.
Morteliano — — Dec. — — — XX.
Lavariano — — Dec. — — — VIIII.
Abbatissa Aquil. dedit in

Insulae Terki pro villis Terki et S. Martini, Munizes et [illegible]		
Cerrignani	Dec.	XVI.
Gastaldia Tulmini	Dec.	LXXXII.
Tercentus	Dec.	XXV.
Pinzanus	Dec.	X.
Ragonea	Dec.	IIII.
Flagonea	Dec.	VIII.
Capit. Aquil. consignavit		
In Melareto	Dec.	III
Item de S. Mra Longa	Dec.	VIIII.
De Ronchis et Ronchietis	Dec.	II. et med
Abbas Mosacens.	Dec.	XXVII.
In Canali clusę	Dec.	IIII.
Gastaldia Carnee	Dec.	CCLXX.
~~[illegible]~~ Spignimbergus	Dec.	CXXXIII.
Valuasonus	Dec.	XXX.
Gastaldia S. Viti	Dec.	XXVII.
Abbas Sextensis	Dec.	XXII.
Meduna	Dec.	XII.
Pratta	Dec.	XXX.
Purcilius	Dec.	XLV.
Pulcinicus	Dec.	XXX.
Gastaldia Aviani	Dec.	XLI
Item de liberis de Maniaco	Dec.	VIII
Item de ministerialib.	Dec.	II
Item de servis	Dec.	I. et med.
Sacilus	Dec.	VII.
Caniça	Dec.	XIII.
Susannus, Pers	Dec.	X.
Mels, Colloredus	Dec.	XV.
Tercanus, Moruzius	Dec.	X.
Villalta, Cavorianus	Dec.	V.
Fontanabona	Dec.	II.
Castellerius	Dec.	III.
Brazzanus superius, Brazzanus inferius	Dec.	III.
Prampergus	Dec.	VIII.
Savorgnanus, Cernedus	Dec.	VI.

Cucanea — — — Dec. — — — — X.
Castellus — — — Dec. — — — — V.
Strasoldus — — — Dec. — — — V
Rivarotta — — — Dec. — — — IIII.
Varmus — — — Dec — — — VI.
Brugnaria — — — Dec. — — — X
Villanova — — — Dec. — — — — III

Suma Decenar. Suni Decene duo
millia et quindecim et med.

Patet manu S. Gabrielis q.m S. Henrigini de Cremona Not. et Cancellarii tempore Patrie Pagani in uno quinterno magno grosso signato p Q. cum coperta rubea Notas cuius Notarii S. Simon de Lovaria Not.s habet &

I. B. B. T.

Additio Elmor. et Balistariorum.

In Xti Noie Amen. Anno Nat. eiusde 1337. Ind. 5. die 19 mensis Januarii Civitat. Austrie in Camera cubicularia suprad.ti D. Beltrandi Patrie convocato et congregato consilio Fori Iulii coram p.to D. Patr.a more solito. In quo quidem Cons.o erant infrascripti consiliarii et alii electi p dictu D. Patra, et ipsum Consilium VB. Venerandi viri

D. Morandus de Purcilejs Canonicus Aquilg.
Gulielmus Magrani Doct. Decanus Canonicus Civitat. et
Geraldus prior de Saumana Capell. dict. D. Patrie, et Nobiles viri
D. Odoricus
Gerardus et
Joannes de Cucanea
Articus de Prampergo.
Bregonea de Spilimbergo
Philippus de Portis
Conradus Bojanus de Civitat. Austrie
Hermannus de Carnea milites ac
Gabriel de Pralta
Asquinus de Colloreto
Guarnerius et
Henricus de Cucanea
Osalcus de Strasoldo
Rambaldus de Cavoriaco
Ricardus et Jacobus
de Tricano

Franciscus de Villalta
Joannes Ribisinus de Civit. Austrie
Daniel Gastaldio Civitaten.
Mapheus Not.s de Aquil.
Antonius Not.s de Civit. et
Manealtus de Utino.

Et perfectis ibidem capitulis suprascriptis aliis propositis in Colloquio gnti, et petito Cons.° a suprascriptis personis, tandem deliberatione habita diligenti consuluerunt delibe-raverunt et ordinaverunt, provideruntque in primis sup primo Capitulo de da-tis de militia Fori Julii augmentanda, q eligantur sex personae de Foro Julio vz. unus pro Prelatis unus pro Liberis duo pro ministerialib. et duo pro Comuni-tatib. qui habeant auctoritatem augmentandi dictam militiam sicut eis videbitur expedire pro meliori Patriae Fori Julii, et sic p dictum D. Pattham, et Cons.m statim electi fuerunt Ven. viri

D. Morandus de Purcilijs Can.cus Aquil. pro Prelatis
D. Gabriel de Prata pro Liberis
D. Articus de Spilimbergo et
D. Articus de Prampergo pro ministerialib. ac
D. Philippus de Portis et
D. Hermannus de Carnea pro Comunitatib.

Quib. p dictum Consilium tradita fuit potestas augmentandi dictam militiam et de ipsa providendi sicut melius, et utilius pro securitate, defensione, et bono statu Patriae Fori Julii expedire videbitur eisdem et ad hoc faciendum terminum haberent hinc ad Dominicam mediam quadragesime.

Die 20 Mensis Cancuari presentib. Nobilib. viris D. Odorico de Cucanea et Gerardo ejus filio militib. reliqui q suprascripti sex electi per dictum Consilium convenientes in unum ad providendum sup premissis sibi commissis a d.to Cons.o pro bono statu, ac defensione Aquilejensis Ecclesiae, ac Patriae Fori Julii augmen-taverunt et addiderunt militiam tam dicto D. Patthae, quam ejus subditis ultra impositionem alias factam prout inferius continetur. Addiderunt namque supradictis

Dno Patthe	El.	XX.	Bal.	V.
D. Epo Concordiensi	El.	II.	Bal.	II.
D. Abbati Bellinensi	El.	I.	Bal.	I.
D. Prep.° S. Stephani Aquil.	El.	I	Bal.	0.
Monast.° majori Aquil.	El.	II.	Bal.	II.
D. Abbati Rosacensi	El.	II.	Bal.	II.
D. Abbati Mosacensi	El.	II.	Bal.	I.
D. Abbati Sextensi	El	II	Bal.	I
Monast.° majori Civitatensi	El.	I.	Bal.	I.
Illis de Prata	El.	IIII	Bal	0.
Illis de Purcilijs	El.	IIII.	Bal.	0.
Illis de Pulcinico	El.	II.	Bal.	I.
Habitatorib. de Aviano	El.	I.	Bal.	0
Illis de Maniaco	El.	I.	Bal	I
Illis de Brugano	El.	0.	Bal	I.
Illis de Toppo	El.	0.	Bal.	I.
Illis de Spilimbergo	El	II.	Bal.	II.
Habitatorib. S. Viti	El.	I.	Bal.	I.
Illis de Sbrojavacca	El.	I.	Bal.	I.
Illis de Frattina	El.	II.	Bal.	I.
Illis de Hagmea	El.	I.	Bal.	0.

Federico de Castro Raymundi	Cl. — — o.	— —	Bal. i.
Illij de Villalta et Cavoriaco	Cl. — ii.	—	Bal. ii.
Habitatoribus de Faganea	Cl. — ii.	—	Bal. i.
Illij de Tercano et Moruzio	Cl. — ii.	—	Bal. ii.
Illij de Fontebuno	Cl. — i.	—	Bal. o.
Illij de Colloredo et Melso	Cl. — ii.	—	Bal. ii.
Illij de Perro et Susans	Cl. — o.	—	Bal. i.
Henrico Bertulo et Coradelo } fratribus de S. Daniele	Cl. — iiii.	—	Bal. ii.
Aliij habitantibus de S. Daniele	Cl. — i.	—	Bal. o
Illij de Prampergo	Cl. — ii.	—	Bal. o.
Illij de Vendoio	Cl. — o.	—	Bal. i.
Illij de Buia	Cl. — o.	—	Bal. i
Habitatoribus et minist. de Avenzo	Cl. — ii.	—	Bal. i
Illij de Cucanea Partistaneo et Valvasonio }	Cl. — iiii.	—	Bal. i
Illij de Sophumbergo	Cl. — i.	—	Bal. o.
Illij de Strassolt	Cl. — ii.	—	Bal. o.
Illij de Manzano	Cl. — ii	—	Bal. i
Illij de Varmo	Cl. — i.	—	Bal. i.
Utino Savorgnano }	Cl. — x.	—	Bal. v.
Civitati Austrię	Cl. — v	—	Bal. iii.
Glemone	Cl. — iii.	—	Bal. ii.
Aquileję	Cl. — ii.	—	Bal. o
Monsfalcon.	Cl. — i.	—	Bal. o.
Rivarotta	Cl. — i.	—	Bal. o
Tulmetius	Cl. — i	—	Bal. o.
Cernedus	Cl. — i.	—	Bal. o.

Patet manu D. Guberhini de Novate Not. et Cancellarii suprad.ti Dñi Beltrandi Patre in uno quinterno parvarum chartarum pleno ordinationum Colloquiorum.

Notas cuius D. Guberhini Not. D. Simon Not.s de Lovaria Utini habitans habet.

Sigillum S. Marci

Premissa omnia in precedentibus quatuor foliis contenta inclusa presenti aliena manu fideliter e Thesauro Patrię Fori Iulii educta subscripsi, et sig.avi Ioannes Bapta Marchesinus Cancellarius eiusdem.

Nomina DD. Pattarum Aquilejensium.

		Creationes	Obitus
	Paulinus Patha		
	Ursus Patha		
	Maxentius Patha		
	Leo Patha		
	Popo Patha — —	1018. c.a	1042.
	Henricus Patha — —	1042.	
	Gotepoldus Patha —	Creationes.	Obitus.
	Sigeardus Patha		
	Peregrinus Patha — —	1202 —	— 1215.
	Volcherius Patha — —	1215. —	— 1217.
	Bertoldus Patha — —	1218. —	— — 1251.
de monte longo	Gregorius Patha — —	1253. —	— 1270.
	Raymundus della Turre Patha	1273. —	— 1299.
Gera	Petrus Patha — —	1299. —	— 1301.
	Ottobonus Patha — —	1302. —	— 1314.
	Castonus della Turre —	1317. —	— 1318.
	Paganus della Turre —	1318. —	— 1333.
	Bartholomeus Bertrandus	1334. —	— 1350.
	Nicolaus Patha — —	1351 —	— 1358.
a Turri	Ludovicus Patha —	1359. —	— 1365.
	Marquardus Patha —	1366 — —	— 1381.
	Philippus Patha —	1381. —	— — 1387.
	Joannes Patha —	1388. —	— 1394.
	Antonius Patha —	1395. —	— 1402.
	Antonius de Portugruario Patha	1403. —	— 1410.
	Antonius de Ponte Comordens	1411. —	— — 1412.
	Ludovicus Dux Tech Patha ultimus	1413. —	— 1420.

Successit Ser.mum Ducale Dominium Venetum jure belli propulsans injurias, et damna sic sibi acquirendo possessionem et ipsam retinendo propter multa damna per DD. Pattas in eius terris illata ut in conventione 1445. est videre fol.

Profetia Caroli Imperatoris.

Carolus filius Philippi ex natione Lilii habens frontem longam supercilia alta, oculos grossos, nasum Aquilinum circa gratis sue annum quatuordecim coronabis, vel secundum aliam scripturam in anno 16, magnum exercitum congregabit, omnes Tiranos sui regni destruet, nam sicut sponsus, et sponsa erit justitia associata cum illo usque ad annum 24 sui regni sui, ducet bella, subjugans Anglicos, Hispanos Aragones, Gallicos et Longobardos Romam cum Florentia destruet, et igni comburet, duplicem coronam obtinebit, et postmodum transiens mare cum magno exercitu intrabit Greciam, et Rex Grecorum nominabitur, Caldeos Turcas, Hircanos, Bathianos et Georgianos subjugabit faciens edictum, quod quicumque non adorabit signum ✠ Crucis morte moriatur et non erit, qui possit ei resistere, quia divinum Bracchium semper cum eo erit, et fere universe Terre dominium possidebit. Hic factis sanctus sanctorum vocabitur. Veniens ad Sanctam Hierusalem ascendens montem Oliveti, deponens coronam de capite, Deoque gratias agens cum signis, et miraculis emittet spiritum. Anno sui Regni XXXV. Hic coronatus erit ab Angelo, pater terre, et erit primus Imperator post Federicum Tertium. ~

1545. Die 17. Febr. in Cons.° X.m cum addi-
tione Loc.ti Patrie Fori Julii et successoris.

Conferma delle giurisdizioni, privilegi della venuta da Venezia.

Havendo udito il R.do D. Gio: Batta di Sbroiovacca Can.co d'Aquileia et li Ecc.ti D. Nicolò di Zoppola Dottor, et D. Alessandro Bonzanin Dottor ambasciatori di quel magnifico Parlamento, che si dolevano di alcuni mandati fatti da voi per voler veder le giurisdizioni, Privilegi, e dacii suoi da una parte et dall'altra uditi gli ambasciatori di quella Magnifica Comunità con l'avvocato Fiscale a favor delli mandati predetti siamo devenuti in questa deliberazione, et con il colleg.o nostro di X. et Zonta vi commettemo che vi debbiate devenir ad alcuna essecuzione delli mandati predetti, ma conservar li pred.ti in quelle giurisdizioni, et antique consuetudini che sono stati sino al presente. Has autem registratas portanti restituite. &c.

9 8 3.

Confirmatio Castrorum quinque
Dno Patriarche.

In Noie Sancte, et individue Trinitatis. OTHO divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si Ecclesias Dei curam gerimus, easque dilatare studuerimus nostri imperii fastigium augmentari minime diffidimus. Quocirca omnium Sancte Dei Ecclesie fidelium presentium

et fratris nostri episcopi volumus qualiter interventu, et petitione nostri dilecti Vuis Ottonis, Patriarchae S. Aquilejensis Ecclesiae Rodaldus nostram adiit celsitudinem deprecans, quatenus nos pro amore Dei, nostreque animae remedio nostre auctoritatis preceptali pagina S. Aquil. Ecclesiae in honore B. Mariae aedificatae quinque castella ipsius Basilicae, nominative quae propriae ipsius Ecclesiae sunt Buga, Phagagna, Groang, Udinum, Braitan et unoquoque castello circiter per ambitum ex omni parte sint tres milliarii continentes placita, ut predictus Patriarcha custodiret in omni parte eorum castrorum milliariis tribus et ab hominibus infra ipsos milliares tres censum acciperet, atque herbaticum ex omnibus animalibus ibidem pascentibus tolleret ut magis Domino daremus, quam malis vastatoribus, cuius dignis postulationibus aures nostre pietatis accomodantes corroboramus, et firmamus eidem Ecclesiae atque Patriarchis ibi pro tempore constitutis prenominata castra cum omnibus pertinentiis tres tenentibus milliariis ut homines infra hunc terminum habitantes ad nullum placitum, et ad nullam districtionem eant, nisi ad Patriarchalem potentiam, neque alicui censum reddant neque ullus herbaticum homo tollat sed cuncta quae infra ipsius terminum sita sunt in ipsius potestate, suorumque successorum sint omni contradictione ac diminoratione penitus remota. Insuper etiam concedimus et confirmamus eidem Ecclesiae sive Patriarchis ibi pro tempore ordinatis prenominatum terminum cum omnibus villis massariciis, terris, vineis, pratis, campis cultis, et incultis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, servis, et ancillis, aldionibus, et aldionabus, seu cum omnibus rebus mobilibus et immobilibus, quae dici aut nominari possunt et habeant potestatem in eodem loco placita custodiendi, vel quidquid eorum voluntas decreverit faciendi, precipientes denique precipimus jubendo, ut nullus Dux, Marchio, Episcopus, comes et vicecomes nullaque nostri Regni magna, vel parva persona predictam Patriarcham suosque successores de prenominatis finibus, sive castris vel quidquid in ipsius locis ad congruentem utilitatem eidem Patriarchae suisque successoribus molestare, divestire, inquietare vel per placitum fatigare, sive legali judicio audeat vel presumat sed firmiter liceat eis ut potenter tenere et in eisdem locis omnem districtionem tenere omniumque hominum controversia penitus sublata. Si quis igitur huius nostre auctoritatis paginam violaverit, quod minime credimus fieri, sciat se compositurum auri purissimi libras mille medietatem Camerae nostrae et medietatem dictae Ecclesiae, sive Patriarchis. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus observetur sigilli nostri impressione hanc paginam propria manu corroborantes inferius eandem jussimus sigillare.

Signum Dni Ottonis Secundi Ser.mi Imperatoris et invictissimi Augusti. Alberhus Cancellarius ad vicem Petri Epi, et Archicancell.rii recognovi, et scripsi.

I V R[s]

Datum III. N. Junii Anno Dom.ce Incarnat. DCCCCLXXXIII. Ind.e tertia

Actum Verone feliciter

Amen.

1352. 1° octob.

Talea Militie:

In Xpti Noïe Amen. Millesimo Tricentesimo quinquagesimo secdo Indne quinta die Luni 1° octob. Convocato et congregato consilio consiliarior Fori Iulii in presentia Rmi in xpo Patris, et DD. Nicolai Pattre Aquilejens in quo quidem Cons.° interfuerunt Ven. in Christo Pr D. Fr. Petrus Epus Concordiens Venetus ac Nobb et discreti viri Dni Fr. Guido Abbas Moracens Gambucinus de Cremona Can.cus Aquilej Nicolaus della Frattina Franciscus de Strassoldo Corradus Boiani miles Biaquinus Henricus de Strassoldo Henricus de Spilimbergo Meynardus de villalta Rizzardus de Tercano, Simon de Cucanea, Fran.cus de Colloreto, Bethalmus de Perso, Castronus de Savorgnano Nicolussius Arporius Jacobus de Clemona, jurisperiti, Guielmus de Picossiis de Aquil.a ac etiam D. Cinus Petrus de Lucca et Joannes de Lisono. Propterea D. Patria proposuit qualiter novissimis dies nonnulle gentes attentaverunt intrare terram suam Albone furtivo modo, sed primitus nequiverunt suum propositum adimplere, postea vero quedam gentium qualitas furtive et proditione intravit nocturno tempore dictam Terram, volens eam eidem, et Aquilejens Ecclae surripere sed fideles nostri intrinseci de Albona viriliter resistentes gentes ipsas cum personarum damno et vituperio eiecerunt captis aliquibus, et justitia de ipsis facta. Subsequenter D. Hertindius de Veinsinch Capitaneus Portus Naonis pro Dno Duce Austrie propria auctoritate et indebite spoliavit fideles ipsius Dni Pattre de Cavalla eorum possessione cuiusdam ville, et ipsam magna armentorum quantitate derobavit multaq. alia inferre minatur in damnum et prejudicium Aquilejens Ecclae et eius fidelium subditorum, que tanhemodo credit idem D. Pattra procedere de voluntate Dni Ducis predi pro aliquibus quidem violentiis, et offensis nihil contra ipsorum auctores novi attentare huiusque voluit propter mandatum sibi factum ex parte Dni nostri Romanorum Regis continens, quod ipse D. Pattra sibi quantum poterat precaveret, ne aliquid innovaret, propter quod guerra seu contentio posset in hac patria suscitari petiit idem Dnus Pattra sibi p. dictos consiliarios consuli quid agendum foret in premissis pro conservatione honoris sui ac boni status Patrie ~~Aquilejen~~ et fidelium suorum Dicti vero consiliarii premissis omnibus et singulis auditis, et super ipsis deliberatione habita diligenti, consuluerunt eidem Dno Pattre, quod guerram et discordiam debeat quantum poterit evitare et ut fieri melius poterit requirat Dnum de Lethemberch missum p. predum D. Regem ad partes ipsas, ut qui eiusdem Dni Regis personam representat, quod ipse se interponat de tractatu concordie super premissis, et si concordia fieri non posset cum honore dicti Dni Pattre, ordinet quod omnes sui subditi statim parati sint cum equis et armis ad defendendum, et resistendum, ne Aquilejens Eccla et ipsius fideles sic indebite opprimantur

et ad hec prosequenda obtulerunt totaliter posse suum. Et quia postquam
facta fuit antiqua impositio Talee militie Fori Julii complures ex fidelibus
Aquilejensis Ecclesie depauperati erant, ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ propter quod non poterant servire cum dicta Talea et ali-
qui ditati erant, quibus tamen non exterat data impositio maior militie
Talee consueta, quod examinetur impositio ipsa, et quod addatur ditioribus et mi-
nuatur depauperatis, prout equitas suadebat, et sic statim elegerunt ad
examinationem et ordinationem ac reformationem dicte Talee augende et di-
minuende, quibus videlicet minuendum Dominos Abbatem Mosacensem, Nicolaum della
Fradina Henricum de Strasolt, Rizzardum de Tercano, Franciscum de Colloredo, Be-
nevenutum de Hagmea civem Aquilejensem Castronem de Savorgnano Nicolussium
Arpones de Civitate et Magistrum Jacobum de Glemona predictos quibus potestatem tradide-
runt addendi et diminuendi omnibus et singulis fidelibus Aquilejensis Ecclesie de
dicta Talea militum, et reformandi prout eis melius, et convenientius vide-
bitur expedire. Post meridiem vero dicti predicti, predicti novem electi una cum Joan-
ne de Lisono ad hec deputato et misso per predictum D. Pattam convenientes in u-
num in domo fratrum predictorum de Utino habita deliberatione diligenti et respectu
habito ad facultates omnium et singulorum qui servire debeant cum Talea militie
D. Patta reformaverunt dictam Taleam in hunc modum Videlicet. Imprimis D. Patta predictus
D. Eps Concord. habeat suam taleam predictam militie Videlicet Elmos 40. et Balistas 10. D. Eps Concordiensis
qui antea serviebat cum octo elmis, et duabus balistis de cetero serviat Ecclesie Aquil.
Capitulum Aquil. cum Elmis 10. et Balistis 2. Item Capitulum Aquilejense cum elmis 10. et Balistis 2.
Abb. Belin. juxta impositionem antiquam. Item Abb. Belinensis cum Elmis juxta impositionem
Prepos. S. Stephani antiquam. Item Prepositus S. Stephani Aquilejae elmos 3. et Balistam 1. juxta
impositionem antiquam. Item ~~[illegible]~~
Prepos. S. Felicis ~~[illegible]~~ Prepositus S. Felicis Aquil. Balistam 1. juxta impo-
Monast. majus Aquil. sitionem antiquam. Item Monasterium majus Aquil. cum Elmis 2. Balistis 2
Abbas Rosacen. juxta impositionem antiquam. Item Abbas Rosacensis, qui antea serviebat cum
tribus Elmis, et Balista una de cetero serviat cum Elmis 3. et Bal. 2. Item
Abbas Mosacen. Abbas monasterii Mosacensis qui antea serviebat cum elmis 3. Balist. 1. de
Abbas Sexten. cetero serviat cum Elmis 3. et Balist. 2. Item Abbas Sextensis qui antea ser-
Capit. Civitat. viebat cum Elmis 4. et Balist unam de cetero serviat cum Elmis 4. et Balist
Monast. majus Civit. 2. Item Capitulum Civitatense cum Elmis 10. et Balist. 2. juxta impositionem
antiquam. Monasterium majus Civitatense cum Elmo 1. et Balist. 1. juxta impo-
Prepos. S. Odorici sitionem antiquam. Item Prepositus S. Odorici supra Talmentum cum Elmis 3.
Prepos. Carnee juxta impositionem antiquam. Item Prepositus Carnee cum Elmo 1. juxta im-
Dni de Prata positionem antiquam. Item Dni de Prata cum Elmis 16. Balist. 5. juxta im-
Dni de Pulcinico positionem antiquam. Item Dni de Pulcinico cum Elmis 6. et Balistis 4. juxta im-
Habitat. Ariani positionem antiquam. Item habitatores de Ariano cum Elmis 2. et Balist. 1 juxta
Illi de Monteregali impositionem antiquam. Item illi de Monteregali cum Elmo 1. et Balist. 1. quia
eis fuit diminutus elmus unus propter statum eorum deteriorationem. Item illi de
Maniaco. Maniaco cum Elmis 3., Balist. 3, quia eis sunt addite due Baliste propter eorum
Pinzano. statum augmentatum, et melioratum in bonis suis. Item illi de Pinzano seu
Toppo. qui tenent castrum ipsum cum Elmis 2. juxta impositionem antiquam. Item
illi de Toppo cum 1. Elmo et Balist. 1. juxta impositionem antiquam. Item illi
Spilimbergo. de Spilimbergo, et Zuccula cum Elmis 14. Balistis 4., quia sunt eis

addit Elmi duo et Baliste tres propter eorum statum in divitiis et potentia aug
Habit. S. Vit. mentatum. Item habitatores de S. Vito cum Elmis 2. et Balist. 1. juxta impositio
Stroivacca nem antiquam. Item illi de Stroivacca cum elmis 3 Balest. 1 juxta
Salvarolo impositionem antiquam. Item illi de Salvarolo cum Elmo 1. Balist. 1
Laurenzaja juxta impositionem antiquam. Item illi de Laurenzaja cum Elmis
Habit. Meduna 3. juxta impositionem antiquam. Item habitatores Meduna cum Elmis
2. quia est eis diminutus unus Elmus propter statum ipsius rerum
Azzano deteriorationem. Item illi de Azzano cum Balist. 1 quia de Elmo uno
sunt reducti ad balist. unam propter eorum statum deterioratum. Item illi
Cusano de Cusano cum Elmo 1. juxta impositionem antiquam. Item illi della
Frattina Frattina cum Elmo 1. Item D. Nicolaus della Frattina cum Elmo 1
et Balist. 1. quia status eius est melioratus, et augmentatus in bonis.
Hagunea Item illi de Hagunea, seu illi, qui tenent castrum ipsum cum Elmo 1.
Vilalta et Lavoriaco juxta impositionem antiquam. Item illi de Villalta et Lavoriaco cum
Elmis 10. et Balist. 2. quia eis sunt diminuti duo Elmi et duo
Fagunea Baliste propter eorum statum deterioratum. Item illi de Fagunea cum
Meinardus de Fagunea Elmis 4. Balista 1. Item ultra eos Meinardus de Fagunea cum Elmo 1.
Vidulus de Buja habit. Fagunee et Vidulus de Buja habitator Faganee cum Balista 1. Item illi de
Tercano, Monticlo Tercano et Monticlo cum Elmis 12. Balist. 4. juxta impositionem antiquam.
Castellerio Item illi de Castellerio cum Elmo 1. Balist. 1. quia eis sunt diminuti Elmi
1. Balista 1. propter eorum statum deterioratum. Item illi de Brazaco superiori
Brazaco et inferiori cum Elmo 1. Balist. 1. juxta impositionem antiquam. Item illi
Fontebono de Fontebono cum Elmo 1. Balist. 1. quia sunt eis diminuti duo Elmi
Colloreto propter eorum statum deterioratum. Item illi de Colloreto cum Elmis 12. Ba-
Mels listis 4. Item illi de Mels cum Elmis 2. et Balist. 2. Item illi de Pers
Pers, Susano cum Elmis 2. Balist. 2. Item illi de Susano cum Elmo uno. Item
Habitat. S. Danielis habitatores de S. Daniele cum Elmis 4. Balist. 2. Item Cerabella de dicto
loco cum Elmo 1. et filii q.^m D. Bartholomei de dicto loco cum Elmis 2. quia
Ragonea eorum status est melioratus, et status. Item illi de Ragonea cum Elmis 2.
Prampergo Balist. 2. juxta impositionem antiquam. Item illi de Prampergo cum
Elmis 6. Balist. 3. quia sunt eis diminuti tres Elmi propter eorum
Cassaco statum deterioratum. Item illi de Cassaco, seu qui tenent bona, et loca
Artenea eorum cum Elmo 1. juxta impositionem antiquam. Item habitatores de Artenea
cum Balista 1. juxta impositionem antiquam. Item Osopium Elmo 1.
Osopio Balista 1. quia de uno Elmo reducti sunt ad unam Balistam propter eorum
Vendoio statum deterioratum. Item illi de Vendoio cum Elmo 1. Balist. 1. juxta impo-
sitionem antiquam. Item habitatores de Buia cum Elmo 1. Balist. 1. juxta
Habitat. de Buja impositionem antiquam. Item habitatores de Attemps cum Elmis 2. balista 1.
Habit. de Attemps juxta impositionem antiquam. Item habitatores in Tricesimo cum Elmo 1. Item
Habit. de Tricesimo illi de Cucanea, Partistagno, et Valvasono cum Elmis 16. Balist. 4. juxta
Cucanea, Partistagno, Valvasono impositionem antiquam. Item illi de Soffumbergo . . . .
Strasoldo Item illi de Strasoldo cum Elmis 10 Balist. 2. juxta impositionem antiquam.
Manzano Item illi de Manzano cum Elmis 4. Balist. 1. juxta impositionem anti-
Tricilino quam. Item Jacobus Marcellus de Lucca pro Castro de Tricilino cum Elmis

Budrio
Varmo
Varmo inf.
Cergnéo
Com. Civit. Aquil.
Civit. Austrie
Clemone
Utini et Savorgnano
Montefalcono
Julmeto
Com. Sacili
Habit. Canipe
Illi de Soclevo
Gorto
Luiniis
Los
Mossa
Vipaco
Petra pilosa
Dñi de Pola

2. Item illi de Budrio cũ Elmo. 1. juxta impositione antiquã. Item illi de Varmo cũ Elmis 2. Balist. 1. quia diminuitus est unus Elmus propter eorũ statũ deterioratũ. Item Dethalmus de Varmo inferiori cũ Elmo 1. juxta impositionẽ antiquã. Item illi de Zegliaco cũ Balist 1. juxta impositione antiquã. Item illi de Cergnéo cũ Elmo 1 Balist. 1. juxta impositionẽ antiquã. Item Comune Civitatis Aquileję cũ Elmis 4. Balist. 4. quia sunt sibi diminuti quatuor Elmi propter statũ ipsius Civitatis deterioratũ. Item Comune Civitatis Austrię cũ Elmis 16. quia eis diminuti sunt Elmi 8. et Balist. 2. B. intrinsecus, et extrinsecus propter statũ ipsius terrę deterioratũ. Item comune Clemone cũ Elmis 12. et Balist. 4. juxta impositionẽ antiquã. Item Comune Utini et illi de Savorgnano cũ Elmis 45. Balist. 25. quia sunt eis additi quinque Elmi et quindecim Balistę propter eorũ statũ augmentatũ, et meliorratũ. Item Habitatores de Montefalcono cũ Elmis 3. juxta impositionẽ antiquã. Item Habitatores de Julmeto cũ Elmis 2. Balist. 1. quia est addita una Balista propter eorũ statũ augmentatũ. Item Comune Sacili cũ Elmis 4. quia sunt ei additi duo Elmi. Item Habitatores de Canipa cũ Elmis 2. juxta impositionẽ antiquã. Item illi de Soclevo, Gorto, et Luiniis cũ Elm. 2. Itẽ illi de Los cũ elmis 2. juxta impositionẽ antiquã. Item Habitatores de Mossa cũ Elmo 1. juxta impositionẽ antiquã. Item Habitatores de Vipaco cũ Elmis 3. juxta impositionẽ antiquã. Item Dñi de Petra Pilosa cũ Elmis 3. Balist. 1. juxta impositionẽ antiquã. Item Dñi de Pola cũ Elmis 6. Balist. 1. juxta impositionẽ antiquã.

Et ego Simon Not.s de Lovana suprascriptã Taleam militię prout in scripturis olim Dñi Gubertini Not. et Dñi D. Nicolai Patt. Scribę mihi commissis reperi hic fideliter excopiavi, meisque nõie, et signo appositis consuetis in premissorum fidẽ &

1413.
15. xembris.
Talea Militię

In xpti Nõe Amen. Cavallaria ordinata per Revdũ Patrẽ D. Henricum Epũ Concordiensẽ S. Joannẽ Padranũ, S. Weschiũ de Cucanea S. Macorã Philippussii, et S. Tobiam de mandato Dñi D. Dñi Patt. et consilii parlamenti: qui quinque haberent dictã Cavallariã minuere pro hac vice tantũ, et non augere, quamvis dictus S. Joannes Padranus absens esset sed postea ratificavit.

Et primo Epũ Concordiensis remanet in prima sua existimatione VB. in equis — XVIII.
D. Abbas Rosacens facit equos — VIIII.
D. Abbas Mosacens facit equos — VII.
D. Abbas Sextens facit equos — VI.
D. Abb. Bellunens facit equos — IIII.

Item Prepositus S. Stephani facit equos — — — VII. sed
pro nunc dicit quod solvat Duc. XV. tantum
Item Prepositus S. Felicis facit equum — — — I.
Item Prepositus Carnee facit equos — — — II.
Item Capitulum Aquilejense facit equos — — — XXII.
Item Capitulum Civitatense facit equos — — — XXII.
Item Capitulum Utini facit equos — — — III.
Monasterium majus Aquilejense facit equos — — III.
Monasterium majus Civitatense facit equos — III.
Item Nobiles de Prata faciunt equos — — — XVI.
Item Nobb. de Purciliis faciunt equos — — XVI.
Item Nobb. de Pulcinico faciunt equos — — XII. sed pro nunc
nihil aliud, nisi illud quod restant dare illi
Dni de Sauna V3. Duc. XX.
Item illi de Aviano faciunt equos — — — III.
Item illi de Maniaco faciunt equos — — VII.
Item illi de Spilimbergo faciunt equos — — XVIII.
Item illi de Toppo faciunt equos — — — II.
Item illi de S. Vito faciunt equos — — — V.
Item illi de Sbroiavacca faciunt equos — — — V.
Item illi de Salvarolo faciunt equos — — — .... sed pro nunc
nihil debent solvere nisi prius aliquid solvissent.
Item illi de Villalta et de Cavriaco faciunt equos — III.
Item illi de Fagania faciunt equos — — — V.
Item illi de Momiano faciunt equos — — II.
Item illi de Tricano faciunt equos — — — VIII.
Item illi de Brazzco inferiori et superiori faciunt equos III.
Item illi de Castro Pagano faciunt equos — — II.
Item illi de Colloreto faciunt equos — — XV.
Item illi de Mels faciunt equos — — — VI.
Item illi de Pers et Susans faciunt equos — III.
Item Communitas S. Danielis facit equos — — — X. cum Nobilibus
Item illi della Badina faciunt equos — — VI. sed pro nunc
nihil solvunt, nisi prius aliquid solvissent
Item illi de Prampergo faciunt equos — — VI. sed Sr. Andreas
Frater et Nepotes nihil solvunt, quos tangit Duc. XVIII. ½ et £ VI. ½
Item illi de Artenea faciunt equum — — I.
Item illi de Attemps faciunt equos — — V.
Item illi de Cucanea et Partistagno, Valvason faciunt eq. XXIIII. sed pro nunc
defalcans equi tres Sr. Henrico, et fratribus.
Item illi de Strasoldo faciunt equos — — VIIII.
Item illi de Manzano faciunt equos — — III.
Item illi de Castello et Tarcento faciunt equos — VIIII.
Item illi de Varmo superiori faciunt equos — — — III.
Item illi de Varmo Inferiori faciunt equum — I.
Item illi de Cergneo faciunt equos — — — III.

Item illi de Sorlef, Cuarz et Luini faciunt equos III.
Item illi de Zoppola faciunt equos — — — III.
Item Vasalli de Azzano faciunt equum — — I.

Comunitates.

Comunitas Aquilegie facit equos — — — — II.
Comunitas Civitatis Austrie facit equos — — XXVIII.
Comunitas Utini facit equos — — — LXXII.
Comunitas Glemonie facit equos — — — XVI.
Comunitas Venzoni facit equos — — — X
Comunitas Tulmetii facit equos — — — XIIII.
Comunitas Montisfalconi facit equos — — III.
Comunitas Sacili facit equos — — — VI.

Ego Belfortis de Miutinis Civis Civitatis Austrie pub. Imp. Auct. Not.s suprascriptam copiam taleæ fideliter extraxi ex libris Parlamentorum olim S. Jacobi q.m Antonii Susci de Tricesimo tunc Cancellarii Ill.mi D. Ludovici Patr. Aquilegiensis aliis Dicis T.ec prout in quodam folio suarum scripturarum inveni annotatum nil addendo et ideo in fidem omnium premissorum me subscripsi, ex hoc vigore auctoritatis mihi concessæ a Magn.co D. Aloysio Bembo tunc Patrie Fori Iulii Locumtenente Gnli signo, nomineque meis appositis in testimonium predictorum omnium.

S. N. Presentem ordinationem Cavallarie eductam ex quodam processu alias formato inter Nob. S. Nicolaum q.m Nob. S. Aloysii de Toppo et S. Leonardum eius fratrem consobrinos ipsius S. Nicolai natis olim Nob. S. Bertrandi de eodem loco ex una et egreg. S. Donatum de Caniza seu de Toppo Not.m habitatorem Sacili ex altera coram clariss.mo D. Locumte manu sp. Dni Nicolai a Fornace Not. Utinensis fol. iig. a tergo, publico ego Vincentius de Sustis Not.s Utinensis me manu propria subscribendo.

S. N. Suprascriptum exemplum Taleæ militiæ aliena manu eductum ex alio exemplo subscripto de manu D. Vincentii de Sustis Not. Collegiati Utini cum signo et per me auscultatum Ego Petrus Contrinus Not.s Matricolatus Utini subscripsi apposito signo, et nomine meis in fidem Die 6. Maii 1580. —

1423. 6. Maii

Talea militiæ ex lib.o Parlamentorum tempore regiminis Mag.ci D. Iacobi Trivisani Locumtenentis.

Millesimo quadringentesimo vigesimo tertio Ind.e prima die sexto mensis Maii Utini sub logia Palatii residentiæ Mag.ci D. Locumtis ~~Palatii fori Iulii per Illum~~ per mag.cos spectabilesque ac generosos viros D. Iacobum Trivisano hon. Locumte Patriæ Fori Iulii pro Ill.mo Duc. Dnio ac D. Nicolaum Georgium militem consiliarium Venetiarum, D. Petrum Lauredano sapientem consilii, et D. Andream Contarenum sapientem terrarum de novo acquisitarum in Patria fori Iulii pro Serenis.mo Duc. Dominium

solemniter destinatos exequentes formam eorum comissionem concorditer extitit deliberatum et unanimiter terminatum, quatenus ipsum Magn.cum D. Locumtenentem et vel spectabiles, et generosos Dnos prenominatos parte inclite Dominationis pred.te cum illis pertinentibus, et humanis verbis, que sue sapientie videbuntur comitti debeat, ac mandari huic comunitati Utini seu deputatis per eam et ceteris comunitatibus huius Patrie, et etiam ceteris Nobb. Castellanis, et consortibus huius Provincie subditis et fidelibus Sereniss.me Dominationis Nre, et universis, qui ad huiusmodi tenentur, quatenus a modo usq. ad sex menses proximos ipsi, et eorum quilibet debeat se se posuisse in bono puncto et ordine illis equis, hominibus, et balisteriis cum eorum armis, quibus quilibet ipsorum et ipsam Comunitatem tenetur et obligatus est pro feudis, bonis, et rebus quibuslibet que tenent, et possident, ac regnoscunt a Curia in hac Patria ut in omni casu ipsi sint parati cum dictis equis, armis et hominibus, et balisteriis ad exequendum mandata pred.ti Dominii pro bono et conservatione huius Patrie. Laus Deo.

Patria	Elm.	32.	Bal.	8.
D. Epus Concordiens.	Elm.	6.	Bal.	2
Capitulum Aquilejens.	Elm.	10.	Bal.	2
Abbas Bellunens.	Elm.	2.	Bal.	—
Preposit. S. Stephani	Elm.	3.	Bal.	1
Monast. Dnarum Aquil.	Elm.	2	Bal.	2.
Preposit. Tenciis R. Aquil.a	Elm.	—	Bal.	2.
Abbas Rosacensis	Elm.	3.	Bal.	1
Abbas Sextensis	Elm.	4	Bal.	1
Capitulum Civitat.	Elm.	10.	Bal.	2
Monast. Majus Civit.	Elm.	1.	Bal.	1
Capitulum Utini	Elm.	1	Bal.	1
Prepositus Carnee	Elm.	—	Bal.	1
Purcilie	Elm.	6.	Bal.	4
Pulcinicum	Elm.	4	Bal.	4.
Avianum	Elm.	1	Bal.	1
Mons Regalis	Elm.	1.	Bal.	1
Manianum	Elm.	3.	Bal.	1.
Pinzanum	Elm.	1.	Bal.	1
Toppus	Elm.	1.	Bal.	—
Spilimbergum	Elm.	8.	Bal.	2
S. Vitus	Elm.	1.	Bal.	1
Stroiovacca	Elm.	2.	Bal.	1
Laurenzaga	Elm.	1	Bal.	1
Salvarolum	Elm.	1.	Bal.	1
La Medma	Elm.	—	Bal.	2.
Azzanum	Elm.	—	Bal.	1
Erzanum	Elm.	1.	Bal.	—

La Frattina	Cl.	2	Bal.	2.
Flagognia	Cl.	i.	Bal.	i.
Villalta et Caporiacum	Cl.	2	Bal.	2.
Fagagna	Cl.	2.	Bal.	i.
Tricanum / Moruttium	Cl.	5.	Bal.	4.
Brazaccum superius / Brazacum inferius	Cl.	i.	Bal.	4
Fontanabona	Cl.	i.	Bal.	i.
Castrum Paganum	Cl.	i.	Bal.	—
Colloredum	Cl.	6.	Bal.	—
Mels	Cl.	2	Bal.	2.
S. Daniel	Cl.	4.	Bal.	2.
Pers	Cl.	i.	Bal.	i.
Ragonea	Cl.	i.	Bal.	i.
Prampergum	Cl.	2.	Bal.	2.
Cassacum	Cl.	i	Bal.	—
Artenea	Cl.	—	Bal.	i
Vendoium	Cl.	i.	Bal.	—
Buja	Cl.	i	Bal.	i.
Attemps	Cl.	2.	Bal.	2.
Cucanea / Pertistagnum / Valvasonum	Cl.	io.	Bal.	6
Strasoldum	Cl.	4.	Bal.	2.
Manzanum	Cl.	2.	Bal.	i.
Budrium	Cl.	i.	Bal.	i
Castrum Porpeti	Cl.	3	Bal.	3
Varmum superius	Cl.	2	Bal.	i
Varmum inferius	Cl.	[struck]	Bal.	i.
Zeglianum	Cl.	—	Bal.	i.
Cergneum	Cl.	i.	Bal.	i

Comunitates.

Aquileja	Cl.	i	Bal.	i.
Civitas Austriae	Cl.	i2.	Bal.	4
Utinum / Savorgnanum	Cl.	32.	Bal.	8
Glemona	Cl.	6.	Bal.	4
Venzonum	Cl.	4	Bal.	2.
Monsfalco	Cl.	i	Bal.	i
Tulmetium	Cl.	2	Bal.	—
Sacilum	Cl.	2.	Bal.	2. vel pedites 25.

Canipa	El.	i.	Bal.
Sclevum / Cuart / Luciny	El.	i.	Bal.
Maranus	Pedites	30	
Zoppola	El.	i.	Bal. i
Porhygruarius	Pedites	25.	
Mossa	El.	i.	Bal.
Osopium	El.	i.	Bal. i.

Locus sigili S. Marci. Ego Joannes de Urbanis vicecolateralis exemplum suprascriptum ex scripturis autenticis vicecolateralis Provinciae Fori Iulii aliena manu extractum facta auscultatione ad litteram prout iacet concordare inveni, ideo in fidem me subscripsi, et sigillavi. Utini die 27 Maii 1566.

Suprascriptum exemplum Thalearum militiae aliena manu extractum ex alio exemplo autentico subscripto manu sp.lis q. D. Joannis de Urbanis vicecolateralis Patriae Ego Pomponius Resius Not.s Cancell.s Utini facta auscultatione requisitus fideliter subscripsi, et sigillavi in fidem premissorum die 12. Maii 1580.

Locus sigili S. Marci

1463. 25. Aug.

Talea militiae Patriae Fori Iulii.

Millo quadringentesimo sexagesimo tertio, Ind.e Undecima, die Iovis 25 mensis Aug. sub sala superiori residentiae Mag.ci D. Locumtenentis. Coram Mag.co et clar.mo D. Jacobo Antonio Marcello g. Illmo et Excell.mo Duc. Dominio Veneto Patriae Fori Iulii dig.mo Locumtenente fuerunt convocatum, et congregatum pro generali parlamento totius Patriae pro executione mandatorum pred.te Illmae Dominationis nostrae sicut in litteris suis datis die 15 mensis ut scitum fiant taleae militarum tam equestrium, quam pedestrium hinc ad duos menses prox.e futuros, in quo quidem parlamento, et convocatione infrascriptorum locorum Oratores seu nuntii consortes atque ambassatores confessi fuerunt teneri, atque facere taleam infrascriptam, ut infra particulariter videtur.

Manzegalis	El.	o.	Bal. o.

exemptus ut constat instrum.o 1431. die 7. Aug. tempore D.ni Joannis Contareno Locumtenentis.

Porhygruarius	Pedites	12.
Purcilius	Equos	12.
Cucanea / Zuccus / Perkstagnus / Valvasonus	Equos	15.
S. Vitus	Pedites	25.

Spilimbergum — — Equos — 18. — —
Colloredum — — Equos — 14. — —
Metsum — — Equum — 1. — —
Arianum — — Equos — 3. — —
Brazacum superius
Brazacum inferius — Equos — 5. — —
Cerzneum
Savilum — — Equos — 6. — —
Maniacum — — Equos — 7. — —
Carnipa — — Pedites — 25. — —
Tricanum
Montium — — Equos — 5. — Bal. 4
Faganea — — Equos — 3. — Pedites 5.
Villa Castaldie Faganee — Pedites — 20. — —
Pers — — Equos — 2. —
Turris — — — — — — Bal. 1
Utinum — — Equos — 48. —
Savorgnanum — — Equos — 12. — —
Tulmetium — — Equos — 13. — —
Salvarolum
Acianum — — Equum — 1. —
Abbatia Mosii — Equos — 3. —
Glemona — — Equos — 15. — Somarios 2.
Varmum superius — Equum — 1. —
Varmum inferius — Equum — 1. —

Die 27. Augusti

Venezonum — — Equos — 9. —
Artenea — — — — — — Bal. 1
Monsfalco vs. S. Coradij Boiani Equos — 3 —

Die primo Octobris

Purcilee
Brugnera — Equos — 10. —

Die 2. Octobris

Prampergum — — Equos — 3.
Villalta
Cavorianum — Equum — 1. —

Die 9. Octobris

Cuart
Luincij
Socleum — — — — Bal. 3.

Die 21. Octobris

Fons bonus — — Equos — 2. —
Castellum — — Equos — 9. —

Die 23. Iulij

S. Vitij — — — Elmos — — — Bal. 3.

Die 17 Ian. 1464.

Artenea — — — Equm medium ——

Suma equorum 263.
Pedites 112.

1423.

Terminatio Parlamenti et Nob. et Communitatem S. Danielis convocari debere ad Parlamentum.

In xpti Noie Amen Anno a Nat. eiusd. millesimo quadringentesimo vigesimo 3º Ind. pma Die Lune tertio mensis Maii. Utini in pleno Consilio Parlamenti gntis totius Patrie Fori Iulii ordine, et mandato Ser.mi Domini Nri Venetiarum et celebrato die secundo dicti mensis maii in Eccla S. Francisci In quo quidem consilio interfuerunt de mandato prefti excelsi Dominii Viri magnifici Dni Iacobus Trivisano hon. Locumtns Patrie, Nicolaus Georgio hon. consiliarius Venete, Petrus Lauredano hon. caput Consilii, Andreasque Contareno hon. Sapiens terrarum de novo acquisitarum acceptus. Item interfuerunt infranominati electi in do Parlamento pro Consiliariis dicti Consilii R. Rdus Pater in xpto D. Henricus Dei gra Epus Concordiensis et Ven. D. Nicolaus de Portugruaro Decanus Eccle Aquil. pro Prelatis. D. Federicus Comes de Purciliis pro liberis. D. Meynardus de Pulcinico Dnus Tristanus de Savorgnano, D. Nicolaus de Spilimbergo D. Antonius de Prampergo, D. Petrus de Cucanea D. Hector de Strasoldo D. Nicolaus de Attimis D. Odoricus de Castello pro nobilibus, D. Tobias Potestas D. Odoricus provisor dicte Terre pro Comunitate Aquilegie D. Nicolaus de Portis, D. Armanus de Claricinis pro Comunitate Civitatis Austrie, D. Ioannes Moysi legum Doct. D. Ioannes de Susanna pro Comunitate Utini D. Santinus, et D. Pantaleon de Glemona pro Comunitate Glemone. Audita supplicatione exhibita coram prefatis honorabilissimis Dnis de Consilio continentie istius. Honorabiles, magci et generosi viri Dni plurimum honorandi, Pro parte fidelissimorum servitorum Illmi, et Serm.i Ducalis Dominii Venetorum Guarnerii et Nicolai de S. Daniele, et aliorum suorum consortium exponitur magistratibus vestris, qualiter ipsi, et sui predecessores recognoverunt in pheudum habitantie locum sive castrum S. Danielis ab Eccla Aquilegiensi, quod castrum nondum sunt ultra annos sexaginta habebat sub se villam ubi modo facta est terra muris vallata, et fossis fortificata et progenitores dictorum Nobb. ipsum castrum S. Danielis cum suis iuribus, et pertinentiis iure dicti pheudi habitantie possi-

Deuchiu. Item exponit, qualiter ipsi nobiles tenentes ipsum Castrum in dicto jure feudi semper soliti fuerunt respondere in generalibus Parlamentis pro dicto loco sive castro S. Danielis, ubi modo est facta Terra, propterea certis annis citra ob novitatem predictam. Item dicit et exponit, quod alii nobiles recognoscentes similia feuda fuit observatum illud et observatur quare supplicat instantissime vestris spectabilitatibus, et magnificentiis quatenus dignentur ipsos nobiles de S. Daniele admittere ad respondendum generalibus Parlamentis pro dicto loco et Castro S. Danielis, et ipsos Nobiles reducere in suum antiquum, et pristinum statum, et possessionem dicti juris, et alii habitatores in dicto loco S. Danielis, qui jam fuit villa et a modico tempore citra reducta est Terra, imponere perpetuum silentium de predictis responsionibus et preeminentiis in eodem Consilio Parlamenti per omnes ac nemine discrepante deliberatum, et terminatum fuit, quod quia Nobiles de S. Daniele convocari debeant ad parlamenta nomine ipsorum Nobb. de S. Daniele et similiter quod Communitas S. Danielis debeat convocari ad dicta parlamenta post convocationem aliarum Communitatum. Que quidem omnia predicti Dni de Consilio mandaverunt mihi Joseph Cancellario, quatenus in publ.cam formam redigam, et de eis publicum conficiam instrumentum.

S. N. Ego Joseph de Papia q.m Dni Joannis P. O. A. Not.s et predicti Honorandi Consilii Cancell.s premissis omnibus pñs fui et ea tam predicti Consilii mandato, quam rogatus fui, scripsi, et publicavi, et in testimonium me subscripsi meo signo apposito consueto.

1479.

Quod Clar.mus D. Locumt.s audiat differentias inter Nobiles, et Communitatem Faganee super ingressu in Parlamentum.

Joannes Mocenigo Dei Gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus et sapientibus viris Joanni Emo militi de suo mandato Locumt.i Patrie Fori Julii et successoribus suis fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Vertitur lis, et differentia inter consortes Faganee istius Patrie nostre, et Communitatem ipsius loci, qui illos ingredi debeant parlamentum asserentibus Consortibus predictis ad eos spectare ingressum, et e converso Communitate ipsa negante, asserenteque ipsam jure ingredi debere parlamentum, non autem Consortes. Et quoniam nescimus an per Precessores vestros, seu vos aliquid declaratum, sive terminatum in hac materia fuerit, volumus et mandamus vobis, ut causam hanc diligenter intelligatis, et totum id, quod per vos Precessores, seu vos declaratum, sive terminatum fuisse circa hoc inveniatis, executioni infallanter mittatis, et observate. Si vero quid deesset sufficienti declarationi, et terminationi suprad.e rei, vos estote illi, qui suppleant, et declarent, quantum oportuerit, sicut juri convenire cognoveritis

quod penitus et ad unguem exequimini, et faciatis observari. Illi vero, qui ob declarationes factas, et fiendas in puti materia se lesos putaverint recursum habeant appellationis ad sindicos, et Auditores nros, sicut leges, et ordines nostri disponunt, et jubent. Has autem nostras ad successorum memoriam facite in actis vestri Regiminis registrari.

Datum in Nro Duc. Palatio die 17. Augusti Indne XII. 1479.

Locus sigilli S. Marci.

Pomponius Ruffus Nots Cancell. subscripsit, sigillavit &.

1352. 24. Aplis

Investitura D. Finosii de Fagagna.

Anno Dominice Nativit. M.CCCLII. Indne V. die XXIIII. mensis Aplis. Actum in Castro Utini in Hospitio habitationis D. Jacobi Marchionis infrascripti presentibus discretis viris Friderico qm Hendrici de Fagagna Nicolao qm Valentini de Utino, et Mro Joanne aurifice de Bononia Utini comorante testibus & Coram Nob. viro Dno Jacobo Marcelo de Luca Marchione Istrie, ac Magni Curie Rmi in Xpto Patris, et Dni Dni Nicolai Dei gratia S. sedis Aquil. Patriae commissionem ad infrascripta ab eodem Dno Patriarcha habente, prout de huiusmodi commissione constat publico Instrumento scripto anno, ind.e et die predictis manu Pauli qm Magri Joannis de Mutina Imper. auct.e Nots a me infrascripto Notario viso, et lecto.

Constitutus Phinosius qm Odorici de Fagagna humiliter supplicavit eidem Dno Jacobo, ut ipsum de pheudis suis investire benigniter dignaretur. Dictus vero D. Jacobus, recepto ab eo fidelitatis juramento, quod vassalus Dno suo in talibus prestare consueverit, eius supplicationibus inclinatus credens, et sperans, quod fidelis, et legalis erit predto Dno Patriarche, et Aquil. Ecclesie nomine ipsius Dni Patriarche vigore commissionis antedicte eundem Phinosium pro se, et suis heredibus recipientem de pheudis suis antiquis juris, et legalibus eo jure, quo sui progenitores et ipse illa antiquitus habuerunt, et tenuerunt ab Ecclesia Aquil. manu propria investivit. Salvo jure Aquil. Ecclie, et omnium personarum. Mandans ei sub debito prestiti juramenti, quod usque ad unum mensem proxe futurum predo Dno Patriarche tradat in scriptis omnia sua pheuda supradicta.

S. N. Suprascriptam investituram ex notis qm Guberti de Novate mediolanensis Cancellarii tempore Nicolai Patriarche ego Martinus Merula Docs atque publs Impl. auctt.e Nots ex libro magno cooperto corio nigro meis signo ac nomine consuetis appositis fideliter extraxi.

In quorum fidem &

Noi Daniel Priuli per il Serenissimo Dom. Dominio di Venetia Luogotenente della Patria del Friuli ricercati, facciamo indubitata fede a qualunque vedrà le presenti qualmente nel numero membro di Nobili Castellani di detta Patria s'uo compresi anche i Nobili di Zegagna et in esse Nobili vi è Dominus Tomaso de Asquini al presente et da molti anni in qua absente dalla Patria et il Daniel Asquini suo Nipote, quali intervengono nel Magnifico Parlamento d'essa Patria et in quello hanno voce, siccome ha ciascuno delli predetti Nobili Castellani. In quorum fidem etc.

Utini die Lune xxiij 1572

Locus sigilli S. Marci

Josephus Oliva Not.s Secr.s
Canc.r Mand.

1290

Permutatio inter Rmum Patham Raymundum dantem plebem S. Margarite cum jurisdictione et Rmum Capitulum Aquileg. dantem terram et plebem Marani cum jurisdictione.

1 In Xpti Nomine Amen. Anno eiusdem Nat. 1290. tertie indictionis die quarto intrante Maio in Austria Civitate in Lobia Palatii Patriarchatus presentibus Dominis Antonio Decano Ecclesie Concordiensis, Presbitero Montanario plebano Ste... de alba Ecclesia, M.o Jacobo Plebano Mosse, M.o Joanne de Luprio et Gulielmo de Civitate Notariis Dni Patriarche Aquilegiensis, Carlevario de Damo Gastaldionis anno Vavarino et Ambrosino hostiariis eiusdem D. Patriarche testibus, ad hec vocatis et rogatis. Rmus Presbyter D. Raymundus Dei gratia S. Sedis Aquilegiensis Patriarcha ex parte una, et viri Ven. Capitulum Aquilegiensis Ecclesie ex altera vz D. Matthius de Mels, M. Albericus cantor Laurentius, Leonardus de Faganio, Ludovicus et Jacobus de Civitate, Hermannus et Jacobus de Utino, Leonardus de Fagedis, Philipponus et Paganinus della Turre Thesaurerius et M.r Valtericus de Civitate Canonici Aquilegienses ex altera vocatis et citatis ibidem propter hec specialiter congregatis omnibus de ipso Capitulo, qui per hoc poterant convocari, considerantes, quod redditus jurisdictiones et possessiones et jura alia quocumque nomine censeantur pertinentia ad plebem et terram Marani olim predicto Aquilegiensi Capitulo per Bo. mem. D. Poponem Patriarcham Aquilegiensem collatam per varia et diversa expensarum onera, que ipsi Capitulo ex dicta plebe et terra iminent maxime occasione guerrarum, et diminuitur diversorum non erant eatenus utiles ut decebant, quodque predicto D. Patriarche predicti redditus, proventus, et possessiones, jurisdictiones et jura magis resundare poterant imposterum ad commodum et profectum attendentesque, quod redditus, proventus et possessiones, jurisdictiones et alia jura quocumque nomine censeantur pertinentia ad plebem S. Margarite de Gruagno Aquilegiensis dicecesis, que ad collationem eiusdem D. Patriarche pertineat et in cuius possessione, vel quasi erat idem D. Patriarcha utilitati eiusdem Capituli decentius adiacerent tractatu et deliberatione inter se prehabitis diligenti eque pensatis utilitatibus tam dicti D. Patriarche, quam Aquilegiensis Capituli antedicti redditus, proventus, possessiones, et jurisdictiones, et alia jura quocumque nomine censeantur dicte plebis, ac terre Marani

pro redditibus, proventibus, possessionibus, jurisdictionibus, et juribus aliis quo-
cunque nomine censeantur plebis S. Margaritæ predictæ decreverunt u-
nanimiter et concorditer permutare. Et sic memoratus D. Rai-
mundus Pattà per se, et suis successores suo et Ecclesiæ Aquil. nomine
permutavit, cambiavit, et in cambium dedit et tradidit predicto Aquil.
Capitulo pro se, suisque successoribus recipienti omnes redditus, et pro-
ventus plebis S. Margaritæ predictæ cum mansis, feudis, decimationibus
quartesiis, pratis, campis, sylvis, nemoribus, terris cultis, et incultis, pas-
cuis, communeis, bajarziis, piscationibus, venationibus, aquis aquæductibus
arboribus, vitibus, plantis sepibus rivalibus et fossatis et omnibus et singulis
quæ habent supra se intra, seu infra se cum liberis accessibus, et egressibus
suis usque in vias publicas cum viis, et inviis, omnique jure et actione
usu requisitione, servitute, dominio, et honore comodo et utilitate
ipsi D. Pattæ pro predictis seu aliquo predictorum aliquo modo pertinentibus
de jure vel de facto, et cum omni jure, quo ipsum Capitulum dictam terram
Marani habebat ad habendum, tenendum, possidendum, et quidquid dicto
Capitulo Aquil. et eorum successoribus deinceps placuerit faciendum, et hæc
pro terra et villa Marani et pro redditibus, et proventibus, quos dictum
Capitulum in dicta villa, et terra habet vel habere debet, seu poterit et
eorum pertinentiis, et districtibus, quos quidem redditus et proventus terræ
et villæ Marani et quidquid habet dictum Capitulum in ipsis, et earum
pertinentiis predictum Capitulum pro se, suisque ~~heredes~~ successores pro
dictis redditibus, et proventibus plebis S. Margaritæ in omnibus eius pertinen-
tiis supradictis permutavit, cambiavit et in concambium dedit et tradidit
dicto D. Pattæ pro se, suisque successoribus recipienti cum incultis pa-
ludibus, campis, pratis, feudis, decimationibus, quartesiis, mansis silvis
terris cultis, et incultis, pascuis, communeis, domibus, hortis, sediminibus,
curiis, hortis, vineis, bajarziis, piscationibus, venationibus, aquis aquæductibus
arboribus, vitibus, plantis, sepibus, rivalibus, fossatis ac omnibus, et singulis quæ
habent supra se, intra se, infra se cum liberis accessibus, et egressibus suis
usque in vias publicas cum viis, et inviis, omnique jure et actione, usu
requisitione, dominio, servitute, honore, et commodo ipsi Capitulo pro predictis
seu aliis predictorum quomodocumque pertinentibus de jure vel de facto tam
in terra, quam in mari et cum regalia, sive jure quod habet in Carlino
et Muzzana, ad habendum, tenendum, possidendum et quidquid dicto D.
Pattæ suisque successoribus deinceps placuerit faciendum, quas quidem res
taliter permutatas dictæ partes contrahentes inter se altera alterius
nomine se constituit possidere donec utraque dictas res sibi datas in
concambium possessionem receperit corporalem, quam accipiendi et reti-
nendi auctoritate propria altera pars de jure ac facto licentiam
contulit et omnimodam potestatem. Promiserunt insuper dictæ partes
contrahentes pro se suisque ~~heredes~~ successores sibi ad invicem stipulantes
scilicet dictus D. Pattà Raimundus cum obligatione omnium bonorum Aquilejensis

Eccle Patthalm et pred.ti Capitulum cum obligatione omnium bonorum ipsius capituli pred.ta omnia a se permutata ab omni homine universitate eccle et collegio et persona legitime defendere, manutenere, auctorizare ac in solidum disbrigare, nunquam de ipsis, vel aliquo ipsorum iure, vel alterius movere litem, questionem seu controversiam aliquam dictamque permutationem perpetuo ratam, firmam et gratam habere, atque tenere nec contra predicta, vel eorum aliquod dicere, facere, vel venire ratione aliqua dolo, ingenio, sive causa, omneque damnum et litis expensas, quod vel quas una pars occasione alterius pro predictis vel aliquo predictorum sustinuerit in iudicio, sive extra integre resarcire sub pena trium millium marcharum Denariorum Aquilegensium monete in singulis capitulis stipulata, et promissa, que totiens peti possit, et exigi quoties - - - - - - -
eaque soluta, vel non presens contractus nihilominus contineat plenum robur renunciantes etiam utraque pars omni iuri Canonico et civili, privilegio, statuto, laudo, consuetudini, litteris impetratis, vel impetrandis et omni alii iuri, quibus possent dicere vel facere contra predicta, vel aliquod predictorum

Ego Ioannes de Lupico Sacri Imperii Pub. Not.s prout in notis Nicolai de Civitate pub.i Notarii mihi per R.mum Patrem D. Petrum Dei gratia S. sedis Aquilegensis Patth.am concessis reperi presens instrumentum conscripsi, et publicavi

Et ego Hippolitus Maramanus Mansionarius Aquil. pub.s Imp. auctore Not.s et R.di Capituli Aquilegensis Cancellarius suprascriptum instrumentum ex lib.o privilegiorum pred.ti R.di Capituli prout inveni, exemplavi, et me subscripsi appositis in fidem signo, et nomine meis solitis, et consuetis

1563
~~1563~~

Die vigesima nona xmbris
Parte presa nelli Ecc.mo Conseglio di X.
et gionta in materia delli beni feudali

Ancora che da diverse provisioni et ordeni fatti in più tempi da rappresentanti N.ri, et confermati dal Colleg.o N.ro con l'intervento delli capi di questo conseglio sia stato prohibito che per modo alcuno non possano esser usurpati li beni pheudali della Signoria N.ra li quali sono li propij e patrimoniali beni delli Principi, si vede non dimeno, che in diverse maniere vengono commesse infinite fraudi da particolari per usurpare, et appropriarsi detti beni, et specialmente, col godere occultamente per un spacio di tempo quelli senza pagar censo, nè altra recognitione alcuna onde quando poi si viene in notitia d'alcuno de tali usurpatori sebbene si trovano essi beni descritti nelli catastici delle Cancellarie delli Rettori N.ri, valendosi essi usurpatori, et interpretando a loro favore le leggi di q.to Conseglio del 1496. et 1506. sono lasciati in quieto possesso de d.ti loro usurpationi, il che quanto grave danno, et maleficio apporti alla Sig.ria nostra si è chiaramente inteso dalla scrittura delli Avvocati N.ri fiscali hora letta, perciò essendo necessario proveder a tanto inconveniente

L'anderà parte, che sia dechiarito, che li usurpatori de' beni nostri pheudali non possano in modo, nè per tempo alcuno aver beneficio, ne valersi del favore della predeta parte 1496. et 1506. ma come serà fatta conscienza ad alcun rappresentante nostro di fuori, ovvero alli Magistrati di questa Città che siano stati usurpati de tai sorte beni della signoria nostra giustificato, che serà la usurpatione debbano quelle servatis servandis ritornare nella signoria nostra juxta li ordeni et proclame delli rappresentanti nostri predetti confirmate nel colleg.° nostro con l'intervento delli capi di questo Consiglio, et tutte le terminationi fatte fin hora si dalli capi di questo Cons.° come da altri rappresentanti nostri contra il presente ordine siano tagliate et restino de niun valor et della presente parte ne sia data notitia a tutti li Rettori nostri delle Città de terra ferma, et da mare, perchè l'abbino ad esequire inviolabilmente.

Corado. Che li pheudi non siano prescrittibili quanto al S.r

Così dice la legge pheudal di Corado Imperator nel titolo 40. nel lib.° 1. de pheudi.

Oltre a ciò ordinemo che sia lecito alli S.ri del pheudo revocar le alienationi tutte fatte di pheudi non obstante alcuna prescritione.

Federico Imp.r Federico Imp.r nel tit.° 55. con queste parole levò la prescritione, perchè quello che da principio di ragione non vale, non deve diventar valido per il corso del tempo.

Noi cassamo et annichilamo tutte le alienation come illecite, et prohibite, non obstante la prescrition d'alcun tempo.

Rubrica che nel foro Canonico, ne Civile non vale la prescritione con mala fede, perchè tutto quello, che non ha principio de bona conscientia è privato &.

Concilio vechi statuti

1337.

In notis Io. Eubertini in Archivio Utini.

Sanctae sedis Aquilejensis Dei gratia Pattha Bertrandus Dilecto Nobis Meynardo de Faganea salutem, omne bonum & De fidelitate, et discretione tua plenam in Domino fiduciam obtinentes gamiam Gastaldiae nostrae Faganeae cum jurisdictione et juribus ad ipsam gamiam spectantibus tibi a proximo festo S. Georgii usque ad unum annum integrum, et completum tenore presentium duximus concedendum, mandantes universis habitatoribus, et subiectis dictae Gastaldiae, quatenus durante dicto anno tibi in his, quae ad dictae Gastaldiae spectant officium fideliter pareant, et intendant. Alioquin penas, seu mulctas, quas rite tuleris in rebelles ratas habebimus, atque gratas, et faciemus eas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Datum Utini 1337. 14. Aprilis.

Cum eius juramento exercendi fideliter dictam Gastaldiam et ducendi homines per laudum et per sententiam.

C.2.^m

Marinus Grimanus Dei gratia Dux Venetiarum etc. Nobb. et sapientibus viris Nicolao Contareno de suo mandato Locumtenenti Patriae Fori Iulii et successoribus fidelibus dilectis salutem, et dilectionis affectum. Significamus vobis hodie in Consilio nostro Rogatorum captam fuisse partem tenoris infrascripti. V.

Sopra li Capitoli alla Signoria nostra presentati per la contadinanza della Patria nostra del Friuli in proposito di sequestri soliti farsi nelle esattion dell'entrate da quelli, che le pretendono contra li possessori de' loro beni si è particolarmente inteso, quanto hanno risposto non solo il presente Luogotenente di Udine, ma quelli anco precedentemente stati nell'istesso regimento, da quali sono anco stati uditi li Magnifici Ambasciatori del parlamento d'essa Patria, et della Città di Udine in contraditorio con quelli della contadinanza, et doppo sono pur in contraditorio a loro satisfattione state udite le medesime parti anco dalli Savij del Collegio nostro secondo che ricercava l'importanza di questo negotio. Et perchè è conveniente con qual buon ordine regolar questa materia che possa sollevar i comuni dalle indebite gravezze, et facilitar a patroni delle terreni l'essationi delli affitti, livelli, et altro loro legitimamente spettanti per metter compito fine alle controversie.

L'anderà parte che quando occorrerà farsi alcun sequestro nella Patria nostra del Friuli tener et osservar si debba l'ordine, et provisioni, che saranno dechiarite con la presente deliberatione.

Sia tenuto il sequestrante nel far il sequestro dechiarir la quantità del suo credito et li confini di quella quantità di terre, che averà rispetto al suo credito, comprese anco le spese ad esso meglio parerà, et questo senza alcun pregiudicio delle sue ragioni sopra maggior quantità di terreni delli sequestrati per quella occasione.

Fatto il sequestro sia obligato il Degano o Podestà del comune incrosar il campo, o campi, acciochè sino a tanto che durerà il sequestro, et non serà levato o per accordo, o per altro nessuno altro abbia a porvi mano, dovendosi ciascuno astenere di molestar, o usar alcuna violenza contra li beni, e frutti sequestrati sotto quelle pene di corda, galea, bando o altro, che al Luogotenente della Patria del Friuli parerà convenir al de la loro transgressione: del qual caso di violenza, che fusse stata usata star si debba alla relatione con giuramento del Degano o Podestà et giurati del quel luogo dovendo esser fatta dentro di quel termine che dal Luogotenente nostro secondo la distanza de luoghi sarà dechiarito, et a spese del sequestrante, et fatta essa relatione resti sgravato il Comune dall'obligo, et debba il creditor proceder per la ricuperatione del suo, et per l'inobbedienza contra chi averà usata la violenza.

Sia tenuto il Degano, o Podestà et giurati dar in nota la vera quantità et qualità delle biave, o frutti raccolti dalli campi sequestrati, et di questo star si debba al sacramento et da essi sarà giurato.

Le biave, o frutti, che saranno raccolti siano per la qualità, et quantità debita portati alla casa del creditore, o dove il creditor averà l'obligo di portarli, il qual creditor debba riceverli a conto del suo credito, et se saranno sporchi et di peggior conditione dell'obligo siano fatti stimar, et debba accettarli in ragion di quel prezzo, che sarà dechiarito esser ragionevole. Ma quando sopra li medesimi frutti vi fussero più pretensori in tal caso siano portati alla Camera di Udine

da esser poi dati a chi sarà dichiarito spettar per giustizia, et quando simili predi si venderanno ne sia data notitia anco alli creditori, perchè volendo possano concorrere anch'essi all'incanto

Et sia per il Luogot.te Nro di Udine fatta una particolar tariffa di quello che dovrà esser pagato per il taglian, raccoglier, et condur le dette Rave et de le altre spese havendo il rispetto alla distanza de' Luoghi, et alli passi dei fiumi.

Et affine che ciascuno sia prontamente satisfatto delle sue mercedi dei primi predi, o Rave, chè saranno raccolte sia venduta subito tanta quantità nel luogo med.o che basti per pagare le mercedi et spese soprad.e le quali sian pagate senza alcuna dilatione. Quare auct.e suprad.i Consilii mandamus vobis, ut suprad.tam partem observetis, et ab omnibus inviolabiliter observari, ac ubi fuerit opus registrari, presentantique restitui faciatis.

Datum in Nro Duc. Pal.o die 13. m.s Martii Ind.e ii.a 1598.

Barth.o Comino Secret.o

Praesentatae die Lunae 16. Martii 1598. per Mag.cum D. Andream Saxum unum ex Mag.cis Deputatis Utini Illmo D. Locumt.i, qui jussit eas registrari, et exequi, et sic registratae fuerunt in lib.o Duc.

Origo Faganeae

Etsi innumerabilium fere annorum Documentis publicis castri Faganeae vetustas fuit notiss.ma praesertim Ampli. privilegio Ser.mi Imperatoris D. Othonis secundi Dato Veronae Anno a Nat. Dni, et Salvatoris Nostri IESU XPTI. 983. 13.o Kl. Iunii Castrum Faganeae cum aliis 4.or scito Buiae, Utini, Brazan et Groang attestantis esse proprium Basilicae Aquil. nulli alii, quam Patriali potentiae subiectum cum miliariis his circum circa. Attamen favente Deo Optimo Maximo originem eius investigantibus nostris se se obtulit, dum Ecclesia nostra major in honorem Assumptionis Beatiss.ae Virginis Matris MARIAE erecta construcis capellis juxta Turrim in ampliorem formam nostrorum Decreto esset redigenda, in fundamentis antiquioris Altaris majoris jam annis quinquaginta evolutis repertus Lapis antiquus quadratus pedum duorum in quo insculpta sunt infrascriptae literae Tit Fannii. Romani memoriam recolentes qui prout ~~quiescere primus in hoc loco consedit~~ Romani consueverant amoenos hos Patriae situs solatii gratia visere, primus in hoc loco consedit, ab eius nomine Fanniam appellatus corrupta dictione a linguarum defectu, et abusu Faganeam postea nominatam, et ad perpetuam rei memoriam nostrorum eminentem mandato in muro turris chorum respiciente impositus tenoris suppositi, quem quilibet elationis ingenii Patriae vetustatem percurrens, et intuens rem ipsam noverit in antiquioribus reponendum.

1593.
26. Augusti.
Forma lapidis, et litterarum series a me Daniele ex consortibus Castri predicti ex vero educta.

Titus
Titus
Cajus
Titus Tullia 2a uxor

.T. FANNIVS. T. F.
.C. FANNIVS. T. F. NICER.
.T. FANNIVS C. F.
.TULLIA. M. F.
SECUNDA. UXSOR.
.V. F. S. T. S.

Titus Fannius Titi filius
Cajus Fannius Titi filius Nicer
Titus Fannius Caii filius
Tullia Marci filia
Secunda uxor
vivens fecit sibi, Tulliae suisque.

Originale est Venetijs in Canc. Duc. in libro nuncupato commemoriali fol. 171.

Pacta Ser.mi Duc. Dominii Venetiarum cum Rmo D. Patta Aquilejense.

In Xpti Noie Amen. Anno Nat. eiusdem 1445. Ind. 8. mensis Junii 18. Pateat omnibus hoc publicum instrumentum inspecturis, quod cum hoc sit, quod Rmus in Xpto Pater et DD. Ludovicus miseratione divina tt. S. Laurentii in Damaso Presb. Cardinalis, et Patta Aquil., et S.mi D. nostri Papae Camerarius olim tam per litteras proprias, quam per nonnullos nuntios et legatos suos ac etiam personaliter hic existens legatus de latere S. Sedis Apostolicae, et predicti S.mi D. nostri pluries requisiverit et novissime per Rdum in Xpto Patrem D. Joannem de Reate eiusdem sedis prothonotarium et ipsius D. Pattae procuratorem, sindicum, et nuntium specialem ut de eius mandato patentibus litteris dicti Rmi D. Card. et Pattae cum suo magno sigillo sigillatis datis Romae apud S. Laurentium in Damaso anno Dni 1445 Ind. 8. de 6. mensis Martii a nobis Notariis infrascriptis visis, et lectis plene constat instantissime requirat Illmum Duc. Dominium Venetiarum ut ipsi Rmo D. Card. et Pattae tamquam Pattae Aquil. et pro suo Patriarchatu restituat et assignet Civitates, terras, oppida, Castra, loca et bona, quae ipsum Illmum Do. jam diu tenuit et hodie tenet et possidet de bonis dicti Patriarchatus. Ex adverso pro parte ipsius Illmi Do. diceretur, et dicatur, quod illas, et illa non tenetur restituere cum per ipsum justo, et legitime acquisita sint, Nam cum iniuste per invictissimum hunc Romanorum Regem fuisset inchoatum bellum ipsi Illmo Do. cum favore, et auxilio Pattae Aquilejensis et totius Cleri, et Patriae Aquil., equum et justum fuit ipsi Dnio bona iniuste invadentium sua propria facere et acquirere et demum tamquam propria retinere, et si vellet ex benignitate predicta restituere justum esset ei prius satisfieri debere de damnis receptis, et interesse, et expensis omnibus per ipsum Illmum Dnium legitime factis, et passis tam in defendendo loca propria invasa et surrepta a q.m predicto Romanorum Rege et q.m Ludovico Patta et Clero Aquilejensi et ab aliis supradictis iniuste, et indebite, quam etiam in capiendo bona antedicta pro necessaria ipsius Illmi Do. et suorum locorum defensione de manibus ipsius q.m Ludovici Pattae et aliorum iniuste et indebite dictum Dnium in terris et locis propriis eius inquietantium, Nam predictus Ludovicus q.m Patta et Dux Theck tenentes predicta bona benivole et amice ut vicinos, et finitimos decet tractasset nulla eum ad hoc justa ratione cogente contra omne naturalis, et civilis justitiae debitum, et contra honestatem

Petitio D. Pattae sibi restitui Patriarchatum Iuliii.

jura Illmi Do. quod non tenetur restituere.

et vitam Ecclesiasticam acceperis, et admissis non semel, sed pluries, ex diversis vicibus magnis, ac potentissimis exercitibus predictis Regis, ac Vannis, Germanis, aliorumque omnium, qui nomini Veneto tunc inimici, ac infesti erant, ne dum his adjutoribus sed solus etiam Venetorum territoria, ac eorum subditos plerumque invasit, et invadentibus quibuscunque, vel invadere volentibus, vel quomodocunque offendere Illmum Dnium, et eius Civitates, oppida, loca, et subditos semper adhibuit consilium, auxilium et favorem prestitit, et se cum illis adjunxit una cum omni patria, et Ecclesia supradicta. Quibus ex rebus plurima loca dicti Dominii capta incendiis, ruinis, predis, rapinisque exposita, et devastata fuere cum maxima subditorum suorum cede, et miseranda membrorum mutilatione, adeo quod temporibus illis nullus Venetorum locus Patrie fori Iulii finitimus securus poterat judicari sed suspitionis, timoris, mestitie, et cladis tam publice, quam private omnia plena videbantur. Hec cum dura, et acerbissima ipsi Illmo Do. Venetorum magnopere essent, nec pro eorum dignitate ac vetusta in subditos fide et singulari benevolentia tolerari deberent, Romanum tunc Pontificem per litteras, et Oratores suos sepenumero requisivere, ut ipse prout juris erat dictum Patriarcham a tot temerariis, et diuturnis ausis revocaret, et compesceret. Qui Romanus Pontifex hac de causa misso Rmo D. Cardinali Hispano volentibus ei dicto Patriarcha, et Ecclesia et compatriotis obedire, tante tamen necessarie rei post hoc legitime, satisque opportune minime providit. Quas ob res cum nihil eis reliquum esset nisi vim vi repellere cum sua, et subditorum suorum bona tuerentur, ac tantos, tamque hostiles impetus, ac frequentes et diuturnas iniurias iniuste illatas propulsarent, exercitum contra dictum Patriarcham et Patriarchalem Patriam, quam tenebat cum qua, et ex qua ipsum Illmum Do. totiens offenderat, paraverunt, quo factum est, ut favente deo ac justitia, Patria fori Iulii in eorum ditione brevi tempore non contradicente Romano Pontifice devenerit et pluribus annis salubriter detenta, gubernataque fuerit. Que cum ita juste et legitime acquisita sint Illmum Do. Venetorum satis clare intelligit nemini per ipsum debere restitui. Si qua tamen in ~~ipsis~~ predictis restituendis humanitate in Rmum D. Cardinalem uti vellet, nemo est, qui non intelligat ipsi Illmo Do. saltem prius refici debere damna, interesse, et expensas, que summam Ducatorum trecentorum millium excedunt. His etiam merito adjungi potest, quod ipsum Illmum Do. Venetum hec loca maximis sumptibus semper defensavit, et hodie defendit adversus eos, qui ~~[illegible]~~ contra sanctam Romanam Ecclesiam et Beatiss. D. Eugenium Papam quartum adversa altaria erexerunt et sacrilegum scisma in Dei Ecclesiam introduxerunt, et adhuc nequissime induunt et nutriunt, Nam predictus Ludovicus Dux Tech olim Patriarcha emulus B. Eugenio sub nomine Basiliensis Concilii dicta territoria invadere nixus est, et olim quidam Epo Tridentini Cardinalis, et Patriarcha Aquilejensis quendam ex nobilissimo materne ducum genere ortus predicta bona quodam quesito colore suis viribus usurpare,

studuit, ad quod id quod referebant, que alias de Teucrijs et literis, et Orationibus undique allata fuerunt. Parabant enim maximis conatibus multas gentium copias preter eos consuetudines omni armorum genere munitissimas, ac validissimos exercitus contra Ungariam, ac omnem populum Xanum, qui si prevaluissent, quod Deus avertat, maximum nimirum periculum Patrie Aquilejensi res ipsa attulisset, et ideo non injusta quidem ratione dicta loca ipsum Illmum Dominium ut s. absolute, et incaute restituere hactenus recusavit, nec eius subsidijs dictis locis destitutis id solum ipsi Illmo Do. sed universe Ecclesie sancte Dei et cuncto populo xano damnum, et gravissima jactura illata fuissent. Ex adversa autem dictus D. Joannes Prothonot.s his auditis, et intellectis nominibus, quibus s. petebat ipsam Patriam sibi debere restitui. Post multa tandem hinc inde examinata discussa et agitata predictus D. Prothonot.s sindicus, et procurator dicti Rmi D. Card.lis ex una, et spectab. et Generosi viri Dni. Marcus Foscari Procurator S. Marci et Ludovicus Foscarenus juris Doo. honorabiles cives Venet. mandatarii sindici, et procuratores Illmi Principis, et Exc.mi D.D. Francisci Foscari Dei gratia Ducis Dominii et comunis Venetiarum, ut de eorum sindicatu, et mandato plene constat pub.co Instrumento scripto et pub.to manu circumspecti viri Sr. Daniel de Sebaldinis pub.i Imp.lis Not.ii, ac predicti Illmi D. Secretarii die nono ms junii . . . a nobis notariis infrascriptis viso et lecto ex parte altera volentes benigne, concorditer, et amice utriusque partis indemnitati consulere ad infrascriptam compositionem, concordiam, transactionem, et infrascripta capitula, conventiones, et pacta unanimiter devenerunt. Nam primo predicti D.D. Marcus Foscari, et Ludovicus Foscarenus nomine quo supra fatentur, et accipiunt ipsum Rmum D. Cardinalem et Patriarcham in unicum verum, canonicum, et indubitatum Patriarcham Aquilejensem prout hactenus habuerunt, seclusso omni alio Pseudo Patriarcha presenti, promiseruntque predicti D.D. Sindici et procuratores predicto nomine, quod dictum Illmum Dominium habebit perpetuam, et inviolabilem amicitiam, benevolentiam, et caritatem cum ipso Rmo D. Card.li ac Patriarcha eiusque et statum suum in dicta Patria omni tempore omni casu et omni modo, et contra quemcunque tuebitur, et manutenebit et in omnibus et per omnia sicut agit cum suo cive, et homine sibi carissimo. Et econtra promittit idem D. Prothonot.s nominibus dictis ut s. predictis D.D. Sindicis, et procuratoribus Illmi Do. Venetiarum perpetuam, et inviolabilem amicitiam benevolentiam, et caritatem cum ipso Illmo Do. eiusque et statum suum in dicta Patria omni tempore, omni casu, et omni modo et contra quemcunque tueri, et manutenere. Item promittunt dicti Sindici, et procuratores nomine suprad.to quod totalis jurisdictio spiritualis et Ecclesiastica, et omnis superioritas, et administratio in spiritualibus dicti Patriarchatus, et Patrie Aquilejensis sine diminutione aliqua sit sicut hactenus semper fuit ipsius D. Rmi Card. et Patriarche, et ipsi veram, plenam, et totalem obedientiam in spiritualibus omnibus, et in administratione, usu, et

Procurator Rmi Patrie

Concordia.

Nomina clariss.morum D.D. Sindicorum Illmi Do.

Jurisdictio sptis Rmi D. Patrie in toto Patriarch

exercitio omnium spiritualium ex nunc exhibent, et assignant. Pro-
mittentes, quod per totum dictum Patriarchatum ab omnibus subditis dicti Illmi
Do. dictum dominium facient in spiritualibus ipsi Rmo Dno Patriarchae, ac eius
officialibus plene obedire, nec directe, vel indirecte de dictis jurisdictione
vel administratione spiritualibus se impedire. Quinimo ipsum Rmum D. Cardlem
et Patriarcham in sua jurisdictione spirituali tuebitur, et defendet. Insuper, ut
ipsa Eccla Aquil. et ipse Rmus D. Cardlis, et Patriarcha bonis temporalibus
dictae Patriae utantur, et gaudeant non advertente dicto Illmo Do. ad predictas
omnes maximas impensas per se factas, et factas, damna, et interes-
se quae pretendit ut s. et ad jura multa alia, quae habet dictum Illmum
Do. in dictis bonis, de quibus s. sed volentes multa remittere supradicti Dni
sindici et procuratores antedicto nomine cum eodem D. Prothonotario nomine quo
supra convenerunt, quod Civitas Aquileiae, et oppida S. Viti, et S. Danie-

Jurisdictio temporalis Rmi D. Patriarchae Civitas Aquil. oppida S. Viti, et S. Danielis

lis in dicta Patria consistentia cum omnibus eorum districtibus, et pertinen-
tiis, territoriis, fructibus, commoditatibus, emolumentis, et quibuscumque aliis
juribus eorum, et cum omnimoda jurisdictione ac mero, et mixto imperio

exceptis pheudis, et eorum collatione

ac omni temporali dominio exceptis pheudis, et illorum collatione habeantur
per ipsum Rmum D. Cardlem, et Patriarcham et quod in illis nullo modo dictum
Illmum Do. se impedire possit, sed totale dominium, administratio, gu-
bernatio et omne imperium eorum libere remaneant dicto Rmo D. Cardli
et Patriarchae et ex nunc dicti DD. sindici et procuratores quo s. nomine
dictam Civitatem, et oppida cum dictis eorum districtibus, territoriis, et juribus,
ut s. dictum est libere relaxant, restituunt et assignant dicto Dno
Prothonotario dictis nominibus recipienti, dictoque Rmo D. Card. et Patriarchae li-
beram potestatem, facultatem et auctoritatem realem possessionem ap-
prehendendi dictae Civitatis, et oppidorum cum dictis eorum districtibus territoriis,
et pertinentiis ut s. dictum est propria auctoritate sine aliqua licentia
vel requisitione dicti Illmi Do. Cum his tamen conditionibus, et pactis
quod omnes introitus, et redditus, proventus, et emolumenta perci-

Duc. 5000 Rmi D. Patriarchae

pienda per Rmum D. Card. et Patriarcham ex temporalitate dictorum locorum
computentur in summam ducatorum quinque millium infra scriptorum. Item
quod omnes qui tenentur personaliter vel cum equis servire custodiae
dictae Patriae undecumque sint etiamsi in predictis tribus locis habitent

Servientes taleas militiae obediant Illmo Do.

semper cum res exegerit vel ipsi Illmo Do. opus visum fuerit obediant
et serviant ipsi Illmo Do. et eius officialibus. Item quod predictus Rmus

Subditi Patriarchales utantur sale caniparum Illmi Do.

D. Card. et Patriarcha vel eius officiales non permittant portari sal
aut uti alio sale in dictis tribus locis, quam de sale caniparum dicti Illmi
Do. in dicta Patria ad hoc deputatarum, vel deputandarum. Item quod non
permittant committentes contrabanna dicti salis, vel aliarum rerum
servos fugitivos et alios quoscumque rebelles, et bannitos per ipsum
Illmum Do. in dictis locis tute, et secure permanere et si ibi inve-
niantur, remittantur in potestatem ipsius Illmi Do. Et e contra ban-
niti, fugitivi, condemnati, vel rebelles dictorum trium locorum Rmi D. Card.
et Patriarchae vel censuris Ecclesiasticis innodati per ipsum ~~Illmum~~ Rmum

Banniti hinc inde non acceptentur, sed remittantur.

D. Card. et Patriarcham vel suos officiales non possint se reducere nec debeant
aliquo modo acceptari in aliquibus locis in dicto Patriarchatu, et Patria Aquil.

Neutra partiu innovet in prejudiciu alterius, seu subditorum suorum

tentis per ipsum Illmum Dom. sed hinc inde debeat fieri remissio realiter, et sine fraude. Et quod neutra partium in dictis locis debeat aliquid innovare in prejudicium alterius, seu subditorum suorum. Insuper antedicti Dni Sindici, et procuratores nomine supradicto permittunt dicto Dno Prothonotario dictis nominibus recipienti, et stipulanti dare et solvere quod prefato D. Cardli et Pattcho pro omnibus aliis locis ipsius Illmi Do. et que ipsi Illmo Do. remanent in administratione temporali singulis annis quinque millia ducatorum venetorum boni auri et justi ponderis computando in illis predictos introitus, redditus, proventus, et emolumenta, pro quo idem Rmus D. Card. et Pattcha annuatim recipiet ex dictis suis locis, que quidem quinque millia ducatorum auri solvantur in suis terminis, videlicet singulis quatuor mensibus tertia pars de redditibus ordinariis et extraordinariis, et mixtis dicte Patrie per officiales procurationum predicti Illmi Do. in predicta Patria existentes absque alia speciali licentia et mandato suo. Declarando tamen, quod terminus dictorum ducatorum solutionis initium habuerit ad Calendas Jan. proxime preteriti. Promittunt etiam iidem Dni Sindici, et Procuratores predicti nomine dicto Dno Prothonotario nominibus quibus supra quod Illmum Do. tuebitur et defendet personam ipsius Rmi D. Cardlis et Pattche in dicta Patria Aquilejensi et alia loca supradicta scilicet Civitatem Aquileje, et oppida S. Viti et S. Danielis per ipsum Rmum Dominum Card. et Pattcham possidenda et ipsa etiam loca sibi Illmo Do. retenta et possessa sumptibus, et laboribus, et expensis Illmi Do. contra quoscunque inimicos et hostes, precipue scismaticos. Item convenerunt prefati Dni procuratores, et Sindici dicto nomine et predictus D. Prothonotarius nominibus quibus supra, quod omnes alie civitates, et omnia alia oppida, castra, et loca ipsius Pattcatus et Aquil. Ecclie, et per ipsum olim habita, et possessa, et que hodie per ipsum Illmum Do. detinentur, et seu possidentur cum eorum districtibus, territoriis, fructibus, commoditatibus, pheudis, et generaliter omnium pheudorum collatione juribus et cum pertinentiis, et cum omnimoda, et plenaria jurisdictione mero et mixto imperio in temporalibus, et omnis superioritas, et jus omnium pheudorum, et generalis eorum collatio, et omnis administratio et custodia detineantur, et possideantur et possint ex causa antedicte transactionis licite detineri, et possideri per ipsum Illmum Do. Venetiarum, et fructus exinde superlucrari ac etiam sint cum omni juris plenitudine in dictis bonis dicte Eccle Aquil. competentis libere et expedite sine aliqua contradictione aut juris aut ipsorum honoris aliqua diminutione omnibus meliori via jure, et forma, quibus possint et libere per ipsum Do. habeantur teneantur, et possideantur, ac custodiantur, ita quod ipse Rmus D. Card. et Pattcha nec suo nec Aquilejensis Eccle nomine possit se de predictis locis, juribus jurisdictionibus, et dominiis aliquo modo via, jure, vel forma directe vel indirecte in temporalibus impedire vel intromittere sed ut supradictum est sint et esse debeant dicti Illmi Do. omnibus meliori via, jure et forma, quibus possunt et nunc dictus D. Prothonotarius dictis nominibus predicta omnia prefato Illmo Do. seu prefatis Dominis sindicis, et procuratoribus recipientibus nomine supradicto relaxat, tribuit, et concedit

Computatio introitum dictorum suorum locorum in ducatis 5000.

Termini solutionis.

Promissio Illmi Do. defendendi Rmum Pattcham et alia loca assignata sibi sumptibus.

Omnes alie Civitates oppida castra et loca in Patria remaneant sint Illmi Do.

et dictis nominibus promisit, quod ipse Rmus D. Card. et Patta nec
aliquis suo, vel Eccle Aquil. noe directe vel indirecte vel aliquo quaesito
colore se de illis et in illis ullo modo ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ impediet in temporalibus et quod se de illis et in illis ullo mo-
do quoad temporalia impediri nõ possit. Quae quidem omnia, et singula
suprascripta solemni stipulatione promiserunt predtae partes dictis modis,
et nominibus sibi ad invicem singula singulis congrue referendo et nobis
Notariis infrascriptis ut publicis personis stipulantibus et recipientibus vice
et noie omnium, et singulorum, quorum interest vel interesse poterit in
futurum firma, rata et grata perpetuo habere et tenere ac inviolabi-
liter observare, et adimplere et nunquam contrafacere, dicere vel venire
de jure, vel de facto per se vel alium, seu alios directe, vel indirecte, tacite
vel expresse quovis modo, causa vel ingenio, nec aliquo quaesito colore

Poena contrafacientis Duc. 25m applicanda observanti

sub poena viginti quinque millium Ducatorum auri solemni stipulatione
promissa cum refectione omnium, et singulorum damnorum expensarum et
interesse litis et extra in quam poenam incidat pars illa, quae contrafece-
rit, et predta integraliter nõ observaverit et ab ipsa contrafaciente
exigi possit et debeat applicari parti observanti, contra quam aget con-
trafaciendo, et poena soluta vel non predta omnia et singula nihilomi-
nus firma perdurent et inviolabiliter observentur. Renunciantes par-
tes predtae et quaelibet earum in predtis omnibus et singulis exceptioni nõ sic
vel aliter celebrati contractus, nec sic vel aliter factorum capitulorum et
et conventionum predtarum exceptioni doli mali conditionis sine causa
vel ex iusta causa in factum actioni et executioni, quod metus causa
privilegio fori, et omni, et cuilibet alii juri et constitutionum auxi-
lio eisdem quomodolibet competenti vel competituro et legi dicenti
generalem renunciationem nõ valere sub hypotheca, et obligatione om-
nium bonorum praesentium et futurorum predtarum partium et cuilibet earum.

Juramentum partium de observandis omnibus

Jurantes partes predictae ad sacra Dei Evangelia manualiter scrip-
turis in animas constitutentium suorum omnia et singula suprascripta
observare et adimplere, et observari, et adimplere facere bona fide
et sine fraude. Ad hoc autem omnia et singula suprad. Ven. vi-
ri Dni Joannes de Zuera Vicedecanus Eccle Aquil. et Guarnerius de Ar-
tenea Canonicus ejusdem Eccle servatis . . . et celebratis ali-
quibus actibus et solemnitatibus sicut de jure requiritur, economi, sindici
et procuratores constituti a Capito dicte Eccle Aquil. prout de predtis
omnibus plene constat publico Instrumento scripto manu Ven. viri D.

Consensus Rmi Capit. Aquil.

Dominici Canonici Aquil. Pub. imperial. Not. sub ~~[illegible]~~
millesimo ind. et die in ipso Instrumento particulariter contentis
a nobis Notariis infrascriptis viso, et lecto intervenientes ac vice et noie
ipsius Capit. Aquil. omni meliori modo via et forma, quibus potuerunt
et possunt tam de jure, quam de consuetudine suprad. transactioni con-
cordio, et compositioni pro majori eius robore suum agerentis consensum
et auctoritatem suam et etiam dicti Capituli interposuerunt et de novo
et auctoritate ex ex certa scientia, et actualiter et solemniter inter-
libere, sponte et ex certa scientia, et actualiter et solemniter inter-
posuerunt cum omnibus obligationibus, poenis, et renunciationibus, et aliis su-

Promissio ratificationis faciendae per Rmum Pattam in termino mensis, aliter contractus sit nullus.

prascriptis, jurantes in animas suas et constituentium predictorum omnia,
et singula suprascripta observare et adimplere bona fide et sine fraude.
Item promisit predtus D. Prothonot. pro dictis Rmus D. Card. et Patta

predtos omnia, et singula ratificabit, et approbabit, infra unum mensem a die, quo premissa ad suam notitiam pervenerint computandum per suas patentes litteras aut publicum Instrumentum, alioquin presens contractus nullius sit roboris, vel momenti. Voluerunt etiam mandaverunt, et rogaverunt partes predte et quelibet earum de predictis omnibus et singulis per me Petrum Cutio et alios Notarios infrascriptos, et quemlibet nostrum debere confici unum et plura publica Instrumenta ejusdem substantie et tenoris, prout fuerit opportunum. Actum Venetiis in domibus Monasterii S. Marie Cruciferorum presentibus Rmo in Xpto Patre D. Martino Archiepiscopo Corfiensi, ac Ven. et religiosis viris Dnis Petro Bolde S. Marie de carceribus priore ord. Camaldulensium et Fr. Jacobo de Pensijs priore domus S. Cristophori de Muriano ord. Heremitarum S. Augustini et Fr. Mauro Monasterii S. Michaelis de Muriano dicti ord. Camaldulensium et Fr. Luca de Pensijs dicti ord. Heremitarum S. Aug. ac D. Petro Baduario q.m D. Hieremie, et D. Andrea de Tumcelis de . . . et Dno Sempronio utriusq. Iur. Doct. et D. Andrea Francisco de Ursinis testibus ad premissa vocatis specialiter, et rogatis.

Ego Dominicus Bellono q.m S. Jacobi de Venetiis pub.s Imp. auct.e et Due. aule Venetiarum Not.s et judex ordinarius presentis Instrumentum jussu infrascriptorum circumspectorum virorum S. David Jacobi de Tebaldinis, et S. Petri Cutio Illmi Do. Venet. secretariorum et S. Joannis Ubertini de castro durantis, et S. Joannis Bolde Novariensis predti Rmi D. Prothonotarii secretariorum de suprascripto Instrumento rogatorum de actis eorundem fideliter sumpsi, transcripsi, et exemplavi, in cuius rei fidem me subscripsi, signumq. meum apposui consuetum.

Ego David Jacobi de Tebaldinis q.m S. Antonii Civis Venet. pub.s Impli auct.e Not.s et Due. aule Venet. secretarius, ac judex ordinarius predtis omnibus et singulis una cum infrascriptis circumspectis viris S. Petro Cutio Impli auct.e Not.o et Illmi Due. Do. Venet. Secret.o, et ipse S. Petrus et ego ea Joannes Ubertinus, et Joannes Boldus infrascripti Not. alijs suprascripto Dominico Bellono Not.o Impli tradidimus et commisimus in hanc publicam formam redigenda, et ad fidem omnium premissorum me subscripsi, meumq. signum apposui consuetum.

Ego Joannes Ubertinus q.m Bartholomei de Castro durantis pub.s Aplica atq. Impli auctoritatibus Not.s ac judex ordinarius predtis omnibus et singulis una cum suprascripto S. David de Tebaldinis et infrascriptis VV. S. Petro Cutio q.m S. Martini Civis Venetiarum et S. Joanne Bolde predtis omnibus et singulis presens fui et ea rogatus scripsi et publicavi, et ad fidem omnium premissorum me subscripsi et signum meum apposui consuetum, et quia alijs occupati eramus tradidimus et commisimus suprascripto Dominico Bellono in hanc pub.cam formam redigenda fore.

Ego Petrus Cutio filius S. Martini Civis Venet. pub.s Impli auct.e Not.s et Illmi Due. Do. Venetiarum secretarius predictis omnibus et singulis una cum suprascriptis, et infrascriptis Notariis presens fuit eaque rogatus scripsi et publicavi, et alijs occupati tradidimus et commisimus suprascripto Dominico Bellono in hanc publicam formam redigenda, et in fidem me subscripsi, ac signum

meum apposui consuetum.

Ego Joannes Bolduss q.m Gaudentii Novariensis publ. Imp.li auct.e Not.s ac R.mi in Xpto Patris D. Joannis de Reate sedis Ap.licae protonot.ii secretarius predictis omnibus et singulis p.ntes fui eaque rogatus scripsi, et publicavi, et occupatus traddidimus et commisimus suprascripto Dominico Belleno in hanc publ. formam redigendum et in fidem me subscripsi et signum meum apposui consuetum una cum suprascriptis. Hec tria verba scripsi manu propria, quia deficiebant in secunda linea signata tali signo ^

1407. 2. Martii:

Nobiles de Pramperg donant arma cuidam Furlano.

In Xpti Nomine Amen. Ad perpetuam memoriam Ego Jacobus Sushy q.m Nob. et egreg. militis D. Simonis, et ego Antonius q.m Nob. S. Mathiussii de Pramperg pro nobis nostrisque consortibus omnibus constituti coram R.mo in Xpto Patre et D.D. nostro Antonio Dei Gratia S. Sedis Aquil. Patria Dignissimo Attendentes matureque ponderantes, quod licet per se satis ipsa virtus refulgeat indiciis nonnullis, imo congruis humanis favoribus promoveri, presertim ut laudata plus crescat, cedatque aliis ad exemplar juxta illud Platonicum, sic debent dignos premii prerogari, ut ad indignis aliciantur exinde, unde virtutes, probitatem et famam tanti viri silentio preterire nolentes, notum fore volumus universis nostras presentes literas inspecturis, quod considerantes laudabilia probitatis virtutum exempla probissimi, et virtuosi viri Mathiussii q.m Vernoti de Patria Fori Julii et actus singulares vite sue, qui eximiis virtutibus nobilem se reddidit et insignem, Amoremque et affectum singularis, quos ad nos, et domus nostre consortes fervens animo gessit, et liberali diligimus, et optamus eum eodem fraternali consortio stringi, et vinculo firmissimo alligari. Intendentes itaque ipsum Mathiussium, personamque suam, quam virtutes eximie, probitatis exempla, et morum elegantia nobilem reddunt, merito nobiliorem reddere et quadam singulari perpetuitatis memoria decorari eundem Mathiussium, et heredes suos ex corpore suo legitime descendentes et nostros et domus nostre consortes recepimus, et eisdem insignia, seu arma nostra, et nobilis, et antiquissime domus nostre de Pramperg de nostra et ipsorum consortum nostrorum voluntate omni meliori largiori quo possumus tenore presentium donamus, et perpetuo largimur sibi suisque heredibus supradictis hanc seriem concedentes, quod in perpetuum quibuscumque dictis, sive locis publice et privatim qualiter, et quomodocumque libuerit huiusmodi insignia, sive arma nostra deferre illisque uti libere et licite perpetuo valeant, atque possint conditionibus non obstantibus quibuscumque. Hec pereg. per animo gratulanti letamur, sequentes illud facundissimi Ciceronis sic inquientis. Armorum insignia fore concedenda eminenti, provido et solerti. Eminentia comprobatur virtutum nitore et probitatis claritate. Providus judicatur mature preponderans preterita, presentia, et futura discrete preordinat peragenda. Solers, idest sollicitus reputatur, nam commissa sibi singula rapta expeditione procedunt. Quia ergo speramus indubie ipsum semper ad statum nostrum, et domus nostre de bono in melius progressurum declaramus, et volumus, quod de cetero ad nos ceterosque consortes nostros in singulis suis negotiis feliciter promovendis

habeat cum plena securitate remorari. In quorum testimonium, et perpetuum plenum robur praemissorum praesens instrumentum fieri fecimus, et nostrorum sigillorum una cum subscriptione ejusdem Notarii appensione muniri. Datum et actum Utini in Castro Patriarchali, et sala magna ipsius Castri die 2° Martii Anno Domini millesimo quadringentesimo septimo, quintadecima Indictione, praesentibus Domino D. nostro Patriarcha praefato, ac Nobb. et egregiis viris Dominis Bartholomeo de S. Daniele Marscalcho ejusdem Domini Patriarchae, Cristophoro de Cucanea, Bartholomeo q.m S. Odorici de Maniaco et Joanne Zecchi Notario de Portugruario testibus ad praemissa vocatis, et rogatis.

1407. Primo Martii.

Serenissimi Dominii Veneti ad Reverendum in Christo Patrem D. Antonium Patriarcham Aquilejensem.

Reverendo in Christo Patri Domino Antonio Dei gratia S. sedis Aquilejensis Patriarchae dignissimo Michael Steno Dei gratia Dux Venetiarum et salutem, et sincerae dilectionis affectum. Satis liquere Reverendae Paternitati vestrae credimus quanta cum sinceritate quantoque verae charitatis incendio tenus, libertatem, et bonum totius Fortuliensis Patriae prosequimur, et potissime quanta devotione, et sinceritatis affectu Reverendam Paternitatem vestram affecti fuerimus, et magis afficiamur in dies. Nec mirum, ad id enim nos perfecta dilectione insignis allicit vestra virtus, quae in nobis tanquam videtis esse praestantiae, ut nequeamus honorem, et conservationem status vestri, ac patriae praelibatae haud aliud, quam nostri proprii celebrare hinc nempe illud evenit, quod si cerneremus quisquam resilire, quod statui vestro, ac illius Patriae aliquid obnoxium, et infestum videremus afferre id possemus aliter facere, quam acerrime condolere. quod nimirum Numquam vere amicitiae charitas sicut prosperis casibus gratulatur, sic tristatur adversis. Audita igitur praedicta novitas nuperrime resultata in Reverendam Pat. vestram, et spectabilem militem D. Vinceslaum de Spelimbergo hon. civem nostrum Venetiarum menti nostrae displicentiam attulit, et merorem et quia ipse D. Vinceslaus tamquam cordialissimus amator nostri Dominii est nobis carissimus et dilectus, nam semper ipsum novimus honorem, et status conservationem memoratae Patriae incessanter quaerere quietem appetere et denique velut intentum ejusdem Patriae pugilem optimum defensorem ipsius, libertatem, et salutem summopere tutari et pro viribus custodire. Hinc est quod probata virtus et inconcussa fides ad bonum Patriae, ipsius D. Vinceslai nos compellit frequentas vestram Pat. Reverendam deprecari, ut illum in servitorem habeat benivolum et dilectum. Quapropter Reverendam Pat. vestram ab intimis deprecamur, quatenus attenta sinceritate fidei, et optima dispositione, quam praefatus miles plena mente habet et habere intendit ad honorem, et statum Dominationis vestrae, ac etiam in nostram complacentiam singularem placeat omnem animi perturbationem siqua insurrexisset contra ipsum D. Vinceslaum, et suos vestra benignitate deponere, et nullam sibi inferre, aut inferri facere injuriam, vel offensam, sed potius ipsum, et omnes suos serena mente ad gratiam vestram admittere, et ulnis vestrae clementiae solita affectione locare, ut ipse omni abjecta formidine valeat vivere sub spe gratiae, et favoris vestri vivere sicut cupit. Quod profecto licet

ad quietem et tranquillitatem cedet, tamen gratissimum nobis erit, nobisque ascribemus ad complacentiam grandem valde. Et si quid nebiginis ex alicuius parte animos in aliquos denigrasset per virtutem vestrae sapientiae et obedientiam dicti D. Vinceslai et sociorum deleatur, et animi reddantur ad solitam claritatem.

Datum in Arce Ducis. Palatio die p.º mensis Martii Ind.e quintadecima.

Litterae Parlamenti generalis ad Rmos D.D.
Cardinales pro D. Patriarcha Aquilegiense.

Rmi in xpto Patres. § Mirabilis est hominum caecitas, et effrenis audacia, quia apertae conspicimus, quod ex invidiis Gentis proximus, initas scandalum flamma dilecti et furor divini Numinis provocas et sic infrenita presumptio propriae voluntatis excedit deformiter, quod nec timens Deum, aut hominum reverens prophana concupiscibilitatem tenere videtur, et impudenter utrumque nihil ad divina. Quot et quantae ex his proveniunt insolentiae non longe petamus extra ..... quidem habemus in foris, et illa palam perpendimus et videmus ac diu propeque contra fas, et licitum perroantis, divini Numinis offendi gloria, et malignandi usque ad periclitationem animarum et corporum materia compressas. Sane non mediocriter mentem perturbavit nostram nuper horrenda relatio quod Rmus Dni Nri Papae Camerarius ardens in motis voluntatis illicite, nulla legitima monitione praeambula Rmum in xpto Patrem et D. nostrum D. Antonium Pattam Praesulem nostrum amantissimum atrocissime citari fecit, ut infra XV. dies spatium coram se generaliter sententiam et causam, quare privatus § eum pronunciari debeat allegaret, quod est a saeculo mandatum, nec credere possumus talia de voluntate Sesu xpti vicarii modo aliquo processisse. Atqui, quod a clementissimo Patre qui Dei majestatem repraesentat in terris procedat sententia tam horrenda, dolemus et ultra quam dici queat cordis ex intimis perturbamur. ..... epilogantes quod tam § Oratores solemnes quam efficacissimas litteras nostras tenebamus diutius abolitum, et sopitum, tantoque dolore medullitus angimur, quanto aemulorum huius pacificae Patriae falsissimae suggestiones majoris efficaciae esse videntur in conspectu sedis Apticae, quam excusationes verissimae § dictorum nostrorum Oratorum, et litteras nostras non semel, sed pluries § nos factae. Quis enim non doleat in tantum impiorum nequitiam praevalere, et reviviscentis igniculis discordiam emittent et huius patriae libertatem et pacis bonum evidenter magno periculo perturbare? Et quis est omnium hominum animi tam servilis, qui pro conservatione pacifici status huius, et propriae libertatis non deberet vitam ponere, et omnibus se etiam capitalibus periculis obiectare ubi Rmo D. nostro prefato devotamus luculentius snipsis nostris. Quapropter Rmas D. V., quas ad conservationem pacifici status patriae memoratae, et nostrae Reipub. propriae libertatis, ad promotionem status, et augmentum Dni Nri Patthae pref.ti ex benignitate innata ferventissimas reputamus cum plenissima confidentia supplicamus, quatenus pedibus sedis prefatae instare dignemini, quod huiusmodi terribilis, et horrenda sententia revocetur et ad impossibilia de cetero non graves, sumatque in ulnis suae clementiae Dnum nostrum prefatum, Ecclesiam suam post Romanam secundam sedem, et hanc Patriam

fidelissimã Apostolicę sedi benigne, et gratiosissime recomissos. Expresse quodd conclusimus, decrevimus, mente concepimus, et indissolubilis promissionis validavimus nõ permittere nec modo aliquo consentire, quod Dnus ipse noster pro comuni sensu, tum quia ultra debitũ fecerit, et consequens nõ tenes tum etiam quia impotens est, et ipsius impotentia nobis nota, et si de ente dotis aliquid recepit pro huius patrię defensione et necessitati ac castrorum reparatione, ut debet et tenes reservet aliquid persolvat impotens ullo modo et sicuti ipsius sanctitati suę, et vestris Beatitudini Pater. scripsimus, et hic versus ferimus illud, et nõ aliud, donec in humanis vitã duxerit in Pastorẽ Patriã et Populũ habere intendemus, et utramque noverca fortuna se volvat totis conatis conservare, pro conservationeque sui status, et honoris proprie nostrũ exponere sanguine, et personas. Et ut clementię suę oculos ad ipsius conservationẽ convertat efficaces supremini interponere partes vestras hanc sicut Patriã in hac reddendo multipliciter consolatã, ut evites juxta salomonis sententiã genitudo jost factũ et pax hucusque turbata quiescat ignis. accensus calefactus jã partes relinquens pro positione, riarque alias nõ consumat. Beatitudinem Pat. Vrã conservet Altissimus pro tempora longiora.

Beatitudinis Pat. Vrae Humiles Servitores
Generale colloquium totius Patrię Foriulii.

Litterę Parlamenti Patriae ad Smũ Papam.

Sanctissime Pater. Inflamas cor nostrũ, et exsiccas eloquiũ, incendis animus et lingua balbutit, dũ cũ maximo dolore repelozare cogimur, quod tam pro solemnissimos oratores nostros, quã efficacissimas litteras delerũ, sopitũ et abolitum procul dubio tenebamus preceptũ Beatissimũ in Xpto Patrẽ et D.D. Sanct. Vrę Camerariũ relatis certi vestimur huius viri emulos, et perfidis suggestionis informatũ, qui Dnos simplices aures iniquitatis suis implentes falsa pro veris palliatione inscrutabili persuadens contra hunc S. V. filiũ Beatissimũ in Xpto Patrẽ et Dnũ Dnũ D. Antoniũ Patriã, Pastorẽ, et Populũ nostrũ amantissimũ citationem atrocissimã formavisse, et ut credimus propter scitũ S. eiusdẽ, et ipsius omnimodã voluntatẽ eidem Dño Dño quadraginta dies ad persolvendum comune, ad cuius solutionem adeunte summã sedi Aplicę hactenus persolutum minime tenes omnino sit impotens, et ad dicendũ causã, quare privatus pro nunc non nõ debeat assignandũ, monitione alia legitima minime precedente. O quam terribilis sententia, et horrenda narratio, quod emulos huius pacificę Patrię servus fidelissime Aplicę sedi palliationis falsę plus valeant quam pacifico eiusdem Patrię statui incidentes totis desideriis illud conans inficere et zizanię Loliũ seminare, quam excusationes nostrę verissimę tal orationis quã scriptis nostris luculentius pro nos facte in conspectu Aplicę sedis. quid autem ex istis perveniat, omnibus apertius clare liquet, crimus quibus scandala rancores, et odia seminans, bella proveniunt et dũ contra fas, et licitũ in transgressione legis mundis unitatẽ destructio provenit, et in animarum et corporis pericula pertransit. Nam quis est omniũ hominũ animi tam servilis, qui pro conservatione status simul nõ deberet vitã ponere, et omnibus se etiam capitalis periculis obiectare? Quis enim nõ doleat impiorũ nequitiam

invalere in tantum ut quasi reviviscentis igniculis discordias conciteant, et huius patrie libertatis, et pacis bonum magno periculo perturbant. Quapropter clementie vestre humillime, et devotissime supplicamus quatenus Sanctissimum D. nostrum prefatum humillimum E. S. V. filium in ulnis sanctitatis sue dignetur suscipere recomissum, illum a pressuris huiusmodi liberando gratiosissime, mandandoque Sanct.mo D. Camerario supradicto taliter quod de cetero ad impossibilia, nec graves, et tam atrocissimas, et horrendas citationes debeat revocare eidem. S. etiam notabilissimas, et antiquas, secundam post Romanam sedem Aquilejensem Ecclesiam, cuius dotes, et jura in Patrie defensionem, et castrorum informationem decrevimus et intendimus conservari, hancque quietam Patriam spretis omnino livorosorum morsis proponimus totis desideriis commendamus, expressissime concludentes decrevisse et in nostris cordibus concepisse, et indissolubilis promissionis validasse, non permittere, nec aliquo modo consentire, quod Dnus ipse noster pro communi servitio non quia ultra debitum persolvit, et quod consequens non tenetur, tum etiam quia est impotens et ipsius impotentia nobis nota et si de Ecclesie dotibus aliquid recepit, quod pro huius Patrie necessitatibus, et defensione, et castrorum reformatione ut debet, et tenetur, exponat, aliquid imposterum persolvat ullo modo et sicut sepius insinuamus et diu fecimus E. S. illud, et non aliud, donec vitam in humanis duxerit in Patriam, Pastorem, et Populum intendimus, utcunque fortuna se volvat totis viribus conservare. Et pro conservatione sui status, nominis, et honoris pro posse nostro exponere sanguinem et personas. Vestre igitur clementie oculos convertentes ad ipsius conservationem, et statum dignemini aspirare. in hocque hanc vestram Patriam reddere consolatam ut evites juxta Salomonis sententiam genitudo post factum, et pax huiusque turbata quiescat, inflammataque partes jam calefactas . . . . non consumat. S. E. sanam conservet Altissimus Ecclesie sue sancte &

S. V. Humillimi Servuli
Generale Parlamentum totius Patrie Forijulii:

Littere directe D. Patri Aquilejensi & Illmis
Filiis D. Ducis Mediolani condolendo de morte Patris
1402. X. 7mbris

Rdē Pater et amice carissime Lugubrem casum dolente mortis q.m Illmi Principis, et excelsi D. Genitoris nostri cum maxima cordis amaritudine Paternitati vestre notificare compellimur, dum enim febres eum invasissent, ac interjectis spatiis aliqualiter remitterent, interdum fierent fortiores, tandem pluribus ipsam secutis accepit ad extremum deductus fuit uno excepto, quod prestantissimus eius honoratissime Principis intellectus usque ad ultimum finem semper remansit incolumis. Receptis namque per eum devotissime omnibus sacramentis Ecclesie proximis his diebus, hec post

dolor quam animis singulis nunciamus, spiritum reddidit Creatori. Non enim hoc insperatum et acerbissimum vulnus expectabat fluxio nostra, nec eius etas, que adhuc recens, et validissima erat, nec vitii inordinatio, qui semper in eo modestissimus fuit hunc intempestivum exitum inducere debuissent. Vixit equidem semper recolende memorie Princeps magna Dei reverentia, et veneratione suffultus, vite adeo moderate et continens ut vix quempiam excogitari potuisset tam devoti et sobrie vite Principem, nonnisi in extremis communis vite terminis seculum hoc relinquere debuisse. Verum Providens cunctis omnipotens cogitationes humanas vertit ad libitum, et adversa prosperis commiscendo nobis fragilitatem nostram ostendit, ut modeste secundis fruamur, et nos adversa non deprimant. Reliquit nobis Excellentissimus Princeps ipse ut mundo notum est tot magnas urbes, tot terras, et oppida, potentiam, divitias, Amicorum Civium, et subditorum benevolentiam et amorem, qui eius obitum dolentissimi irrecuperabilem esse videntes eum cordis radicibus figerunt in nobis. Reliquit quoque Magnificorum et spectabilium, probissimorumque virorum nobis copiam quos virtus, et militaris disciplina, et exercitium longum, ut omnis in bellis rebus securitas fecit audaces, nec minus honorabilium et gravium virorum comitivam quos in scientiis peritos, et in agibilibus mundi prudentissimos, et sagaces longa experientia comprobatissimos fecit. Itaque Dei gratia veraciter dicere possumus nostrum statum quacumque ex parte omni roboris firmitate vallatum. Sed quid hec ad solamen nostrum, et quod tam prudentissimo et dulcissimo Genitore nostro orbati maneamus, non est nobis patientie locus memorantibus quanta nos semper teneritate dilexit. Si equidem nobis egrotandum erat et ipse animo affligebatur et nunquam sibi quies, donec Deus nos in pristinam sanitatem reduxisset. Nunquam Pater ampliorem caritatem, dulcedinem et amorem ostendit in filios. Horum recordatio, et filiale debitum acerbissimis aculeis precordia nostra compungunt, ut .... unquam nostris querelis, et veris eius laudibus finis esset. Verum scientes olim prefatum Illustrem D. Genitorem nostrum vos in spiritualem Patrem et amicum tenuisse et reputasse, nos eiusdem amicitiam vestigia, quantum nobis possibile fuerit imitari cupientes de hoc nostro adverso casu vobiscum amicabiliter duximus condolendum, intendentes vos in Patrem, et amicum specialem nostrum tenere et reputare et per versa vice erga nos illud idem facere valeatis, ac nos semper requirere confidenter si qua possumus vobis grata, ad que nos offerimus semper dispositos, et paratos.

Datum Mediolani die X. 7mbris MCCCCII.

Joannes Maria Angelus Dux Mediolani et Comes
Angleriae, ac Bononie, Pisarum, Senarum,
et Perusii Dominus et
Philippus Maria Comes Papie, ac Verone Dominus.

Confederatio D. Archiepiscopi Salesburgensis
cum D. Patriarcha Aquilegiensi.

1292.

Venerabili in Christo Patri et amico carissimo D. Raimundo Dei gratia S. Sedis Aquil. Patriarche, Conradus eadem gratia Sancte Salsburgensis Ecclesie Archiepiscopus Apostolice Sedis Legatus salutem, et sinceram in Domino caritatem. Adversus Dei Ecclesias innocentes noxia multiplicatio impiorum excandescens inhurtat, et nedum turbare gravius

ipsam necessariam quietem non cessat imo veriis ipsam sicet supra firmam petram fundatam destruere fundilus, quod absit conatibus impiis et ausu sacrilego elaborat nisi congregatis in unum viribus Prelatorum resistentia efficaci eidem Ecclesie contra ipsos persecutores defensionis clypeo fortius muniamus. Consideratione igitur debita recognoscentes Pater. Vram nobis super federe unionis mutue contrahende vobiscum litteras destinasse, cum id pro bono procurando statu Ecclesiarum utriusque nostrum expediens, et utile repetemus, cum Vram Paternitatem. Vram federis unionis huiusmodi et amicitie specialiter perpetuo iniendo promittimus constanter per presentes vice prestiti Sacramenti, quod vobis pro tempore vite nostre nostris viribus, atque posse aderimus et adesse debemus, volumus, ac etiam affectamus contra omnes et singulos hostes vestros et offensores Ecclesie vestre et specialiter contra Dnos Albertum Austrie, et Meynardum Karinthie Duces favore, consilio et auxilio manuali vs. in terris Karinthie, Saunie, Carniole, Marchie, ac Foro Iulii quando super hoc per vos fuerimus legitime requisiti, sic ut similiter nobis versa vice juvaminis brachium porrigatis. In cuius rei evidentiam, et majoris roboris firmitatem presentes litteras sigilli nostri pendentis fecimus munimine roborari.

Datum in S. Vito pridie Id. Augusti Anno Dni M.CC.LXXXXII. Quinte Indict.

Confederatio D. Comitis de Heuneburg cum D. Patha Aquileg. an. 1292. 14. Aug.

Rdo in Xpto Patri, et Dno suo carissimo Raymundo Dei gratia S. Sedis Aquileg. Patriarche. Ulricus Comes de Heuneburg cum fidelitatis constantia servienti perpetuam voluntatem. Egressus a facie Dni Sathan ad fortia manum mittens draco ille serpens antiquus, qui virulenta potatione mundum inficiens viris potestatem habentibus gladii temporalis ambitionem dannosam, damnabilem, et damnandam temporalium, et rerum peritura cum ipsis gremaliter penitus insatiabiliter instillavit ut plerumque per venerabilem matrem nostram Romanam Ecclesiam et Romanum imperium viri solemnes varii magnificationis insigniti utriusque potestatis predicte solemnia confundere, et annihilare penitus gestientes superbie cornibus munimentum catholice fidei tenere satagunt et velut pestiferi montes in contritionem omnium hominum dictis potestatibus huius seculi subiectorum ad superbiam sui capitis conterendam, et ad me radices nequitie sicuidentas erigunt sui capitis diadema, nec pardavicentem ad solitudinis locum confugere patientes cauda me malitie retro pungere, et quemadmodum serpentium invisibiles oculorum aspectus sub alliciendo conversationis dulcedine ex cordis intimo derivantia fabricare nō cessant occulte perfide nocumenta. Ut autem emergentibus variis et diversis nocumentorum periculis antidota, quibus statum et honorem nostrum defendere valeamus, quaerere necessario tenemur quibus opitulationibus respirare sub utriusque potestatis gladio debeamus consideratione debita cognoscentes id pro bono statu utriusque nostrum expediens fore, utile pariter et consultum, ut cum Vram Paternitatem Vram federis unionis, et amicitie spiritualis perpetuo duraturum inire debeamus, ad cuius unionis federis observantiam perpetuam obligamus nos Vre Dominationi constanter per presentes vice prestiti Sacramenti, quod vobis pro tempore vite Vre nostris viribus atque posse adherebimus, et adheremus, et adesse debemus, volumus, ac etiam affectamus contra omnes, et singulos hostes vestros, et offensores

Eccl(esi)e vestre, et specialiter contra D(omi)nos Albertum Austrie, et Meynardum
Karinthie duces, favore, consilio et auxilio manuali Vs. in terris Karin-
thie, Saunie, Carniole, Marchie ac Fori Julii, quando super hoc per vos
fuerimus legitime requisiti, sic ut similiter nobis vice versa juvaminis
brachium porrigatis. In cujus rei evidentiam et majoris roboris firmitatem
presentes literas sigilli nostri pendentis munimine duximus ro-
borandas.
Datum in Castro Triben. In vigilia Assumptionis B. Marie Anno Domini
M.CC.LXXXXII. quinte Indictionis.

Liga Regis Hungarie cum Eccl(esi)a Aquilegiensi.
1376. 21 Junii.

Ludovicus Dei gr(ati)a Rex Hungarie, Polonie, Dalmatie, Rame, Servie, Ga-
litie, Lodomerie, Bulgarie Comanieque Rex, Princeps Salernitanus
et honoris montis S. Angeli D(omi)nus. Notum facimus universis presentes
literas inspecturis, q(uod) tanto celebrius fama nostre preconium culmini
nostro Regalis serenitas non dubitet ampliare, quanto Predecessores n(ost)ri
notabili vita et precipue N(ost)ri Ex(cellentissi)mi genitoris Ecclesiarum causas, et commoda
in quib(us) n(ost)re Christianissime Religionis potentissima vis consistit, ampliori(bus)
nitib(us) favorib(us) confovere et regalib(us) munificentiis premunire sane ad
sanctam Aquilegiens(em) Eccl(esi)am multorum emulorum Patrie discordie ministrante
retroactis temporib(us) oppressionib(us) lacessita, cujus Pastores, et incole univer-
si ad culminis nostri augmentum cumulatum innate devotionis fidelem a-
nimum habuerunt, mentis nostre serenitatis aciem dirigentes modis et con-
ventionib(us) infrascriptis nostrorum filiorum, heredum et successorum nostrorum in Regno
et ipsius Regni nostri nomine una cum infrascriptis nostris, et Regni n(ost)ri
Prelatis, et Baronib(us), de communi consensu sibi, et voluntate, ac matura
deliberatione, et de certa scientia, et infrascripta omnia se successores, filios
et heredes, ac bona omnia vice etiam et nomine dicti regni obligantibus
cum eorum juramentis, et sigillis inferius denotatis recipimus ex nunc R(everendissi)mum
in Xpto Patrem D. Marquardum Patr(iarc)ham Aquilegiensem, et ipsius successores, et
sanctam Eccl(esi)am Aquilegiensem, Prelatos, Capitula et successores suos, Patriarchatum
Aquilegiensem, Nobiles, heredes, et successores suos et Communitates Fori Julii
Civitates, Terras, Castra et territoria in dicti Patriarchatus, et dictorum Prelatorum,
Capitulorum, Nobilium, et Communitatum prefatorum, quas, que, et quod ad presens
tenent, et possident, et in futurum acquirent seu ad eos devenerint sub nos-
tra filiorum, heredum, et successorum n(ost)rorum, vice non Regni nostri Prelatorum et Ba-
ronum ipsius protectione et defensione plena, et gratuita, et ipsas terras, Castra
et Civitates prefatas ac territorium prefatum Promittimus quib(us) supra nominib(us) ma-
nutenere, defendere, et conservare contra, et adversus quoscunque Principes,
Duces, Comites, Barones, ac D(omi)nos, et quascunque communitates ad requisitionem
ipsius Patr(iarc)he, et successorum suorum, et majoris partis sui Consilii Parla-
menti et sede Patr(iarc)hali vacante ad requisitionem vice D(omi)ni, et Capituli Aquilegien(sis),
et majoris partis consilii Parlamenti excepto quod contra Papam, et suos succes-
sores, et Imperatorem, et successores in imperio quantum pro facto ipsorum tantum
S. Eccl(esi)e Romane, et Imperii. Insuper volumus, et decernimus, q(uod) Magnificus
D(omi)nus Franciscus de Cararia, D(omi)nus Padue, quem ex nunc pro nostro et Regni

nostri colligato declaramus obliget se, heredes, et bona sua nobis fi-
liis, heredibus et successoribus nostris, et Regno nostro Prelatis, et principalioribus
Baronibus regni nostri ad nostre serenitatis, heredum et successorum nostrorum ac
Regni nostri mandatum facere guerram in territorio suo et in partibus circum-
stantibus apud territorium ipsius contra inimicos dicti Patriarche et successorum
suorum et Patriarchatus et Ecclesie Aquileg. et Patrie Fori Iulii. Versa vice ipse D.
Patriarcha pro se, Ecclesia Aquilegiensi, et Patriarchatu suo, et successoribus suis Pre-
latis et capitulis dicti Patriarchatus pro se, et suis successoribus, et Nobiles Fori
Iulii pro se, heredibus et successoribus suis, et communitates Patriarchatus pref.
sub fide ipsorum et ad eorum juramentis, et ad obligationibus bonorum suorum prout
ipsorum litteris, et privilegiis celsitudini nostre porrectis, et eorum communitatibus
sigillis super iis confectis plenius inde patet erunt et sint et cetero ad
celsitudine nostra filiis heredibus, successoribus nostris, et ad Regno nostro et Ba-
ronibus dicti Regni et heredibus et successoribus eorum, et ad ipso D. Padue colli-
gato nostro et heredibus suis, et in quibuscumque bellis, guerris, inimicitiis,
et discordiis contra adversus quoscumque Principes Duces, Comites, Marchiones
Barones, et Dnos et quascumque communitates ad petitionem et mandatum
nostre serenitatis, filiorum, heredum et successorum nostrorum, et dicti Regni in Pa-
tria Fori Iulii et in territorio Patriarchatus Aquilegiensis et in partibus circum-
stantibus apud dictam Patriam Fori Iulii et territorium dicti Patriarchatus facien-
do et exercendo contra inimicos de Civitatibus, locis, terris, Castris, passibus et
fortilitiis dicti Patriarchatus, excepto quam contra Papam, successores ipsius, et Im-
peratorem, et successores imperii, quantum est pro facto Ecclesie Romane, et
imperii. tantum excepto quam contra Duces Austrie durantibus treguis initis
inter ipsum D. Patriarcham et predictos Duces et contra solam personam Maynardi
Comitis Goritie, claudentque etiam passus et stratas Fori Iulii et territorii Pa-
triarchatus ad petitionem et mandatum celsitudinis nostre, filiorum, heredum et suc-
cessorum nostrorum tempore guerre contra quoscumque contra quos esset guerra,
quod etiam faciet et facere permittet, et claudere Serenitas nostra Ver-
sa vice ac etiam facient nostri filii heredes, et successores ac Regnum
nostrum ad requisitionem dicti Patriarchatus et successorum suorum et sede va-
cante ad requisitionem Vicarii Dni Patriarche Aquil. et ipsius Capituli et ad se-
renitatis nostre mandatum, ac filiorum, heredum, et successorum nostrorum ac Regni
similiter faciant et claudent stratas, et passus suos et claudere tene-
bunt dictus D. Paduanus noster colligatus, filii, et heredes sui. Vult insu-
per nostra Majestas, quod si contingeret durantibus presentibus conventionibus
acquirerent aliqua castra, terre, ville, aut Civitates per nos, filios et he-
redes nostros, ac successores, ac Regnum nostrum et partes predictas vs. dictos
Patriarcham, et successores suos, Prelatos, Nobiles, heredes, et successores suos et
communitates Fori Iulii, et D. Paduanum pred. filios et heredes suos communi-
ter, vel divisim et illa castra terre ville aut civitates spectarent et per-
tinerent, seu retroactis temporibus quovis modo pertinuissent ad Patriarchatum
Aquil. de jure, quod debeant esse dicti Patriarchatus et remanere dicto Patriarchatui.
Si vero non spectarent, nec pertinerent, seu retroactis temporibus
quovis modo id pertinuissent ad Patriarchatum predictum de jure acquirentes
communitates et partes dividantur secundum determinationem nostram heredum
filiorum et successorum nostrorum ac dicti Regni nostri, si vero acquirerent per aliquam
partium tene sint, et esse debeant acquirentis et quod captivi, et bona
mobilia sint capientium. Non possint insuper dictus D. Patriarcha, et successores

sui in Patriarchatu, et praelati et successores eorum dicti Patriarchatus ac Nobiles heredes, et successores sui dicte Patrie Forojulii, et Communitates Patriarchatus, nec debeant incipere novam guerram nisi ad defensionem et offensionem contra occupari volentes manu armata vel alio modo illicito et manifesto aliqua castra terras, et civitates dicti Patriarchatus, que ad presens tenent et possident predicti Patriarcha, Prelati, Nobiles, et communitates et in futurum quovis modo acquirerent per eos ac etiam ad defensionem, et offensionem contra invadere volentes manu armata vel alio modo illicito et manifesto territorium dicti Patriarchatus et dictus Patriarcha et successores sui in Patriarchatu, et Prelati, et successores eorum, Nobiles, heredes, et successores eorum et communitates dicti Patriarchatus non faciant, nec possint facere pacem, aut treguas de aliqua guerra in qua guerra nostra Majestas filii, et heredes, ac successores nostri et Regnum nostrum debeat esse, ac fuerint in eis sine consensu expresso nostro filiorum, heredum et successorum nostrorum. Nos insuper filii, heredes, et successores nostri, et regnum nostrum possimus, et possint et valeant facere pacem, aut treguas sine consensu, et voluntate dictorum Patriarche, et successorum suorum, et dictorum Prelatorum et successorum suorum, Nobilium, heredum, et successorum suorum, et communitatum predictarum, dummodo tamen nostra serenitas, filii, heredes, et successores nostri, et Regnum nostrum includant in pace, aut treguis dictos Patriarcham et successores suos, Prelatos, et Capitula et successores suos, Nobiles, heredes et successores suos et Communitates Patriarchatus, et Civitatem Aquil. Et in casu predicto Nos majestas, filii et heredes, et successores nostri et ipsum regnum non possint facere pacem, aut treguas sine consensu et voluntate predictorum nisi retinerent in eo statu, in quo erant tempore guerre incepte. Et si predictus D. Patriarcha et successores sui, Nobiles, heredes, et successores sui et et communitates predicte durante dicta guerra acquisivissent aliquid, quod de jure spectaret, et pertineret seu retroactis temporibus pertinuisset ad Patriarchatum Aquil. quod illud acquisitum tempore guerre et pace, aut treguas fiendas per Nos, filios, heredes, et successores nostros, et dictum regnum id renearur(?) retinere, quas quidem conventiones et omnia suprascripta vult et decernit nostra majestas firmas esse ac duraturas usque ad annos quinquaginta proxime futuros. Nos Dei gratia Joannes Strigoniensis, Stephanus Colocensis Archiepiscopi, Demetrius Zagabiensis, Ladislaus Vesprimensis, Michael Agriensis, Emericus Waradiensis, Petrus Jauriensis, et Dominicus Boczuensis(?) Civitatis Episcopi Prelati supradicti Regni. Nicolaus de Gara Palatinus, Ladislaus Wajwoda Transilvanus, Petrus Zudar Sclavonie. Joannes Treucel(?) Zeuriniensis, ac Joannes Magzoniensis Bani. Comes Jacobus Judex curie Regie, Georgius Sebek Tavernicorum regalium, Georgius Zudar Curie Regie, et Pinicernarum Paulus de Lisko dapiferorum, Michael Zudar Janitorum regalium ~~[illegible]~~ Magistri, Franco Comes Soproniensis, Joannes Oscil(?) Comes Zaguniensis, et Tamilinus Comes de S. Georgio Barones Regni Hungarie principaliores pro Nobis, successoribus, heredibus et filiis nostris, ac vice et nomine totius dicti regni Hungarie sub fide nostra et cum obligatione bonorum nostrorum et dicti regni jurantes corporaliter ad sancta Dei Evangelia promittimus et nos successores, heredes, et filios nostros, et dictum regnum, ac bona nostra, successorum nostrorum, heredum ac filiorum, et regni predicti obligamus fideliter attendere, observare, et in omnibus adimplere protectionem, et omnes conventiones factas, et promissas superius per gloriosissimum

et invictissimi Dni nostri D. Ludovici Excellentissimi Regis Hungarię &c.
Rdo in xpto Patri, Dno Marquardo Dei gratia S. sedis Aquil. Patthę et ipsius
successoris, Prelatis, et Capitulis Patthatus Aquil. et eius successoris, Nobilibus
fori Iulii, heredibus, et successoris eorum, nec non Communitatibus Patthatus Aquil.
et ea omnia durante termino in ipsius protectione, et conventionibus &
ipsum D. nostrum Regem opposita rata, et grata habere et inviolabiliter ob-
servare iuxta supradictarum literarum dicti D. Regis continentiam, et tenorem.
Presentes etenim ipsius D. Regis et nostras literas sigillis ipsius D. Regis,
ac nostris communitatis damus in testimonium premissorum.

Datum in Wisegrad die XXI. mensis Iunii Anno Dni M.CCCLXXVI.

1331.

Parlamentum Generale tempore D. Pagani Patriarchę.

In Nomine Dni Amen. Anno Nativitatis ejusdem 1331. Indictione 14. Infrascripta facta et firmata fuerunt in colloquio generali celebrato in Utino in sala inferiori castri et Palatii Patriarchalis die Iovis 18. Aprilis, in quo quidem colloquio interfuerunt more solito liberi, et ministeriales, Communitates, et alii vocati, ex quibus collegi infrascriptas personas

D. Guillelmus Decanus Aquilejensis
D. fr. Giberthus Abbas Mosacensis
D. fr. Ioannes Abbas Rosacensis
D. Guido Decanus Civitatensis
D. Odoricus Plebanus de Strasoldo
D. Eusebius Canonicus Aquilejensis
D. Iacobus de Carnea Canonicus Civitatensis
D. Articus miles de Prampergo
D. Perzonea miles de Prampergo
D. Federicus de Villalta
D. Ioannes de Villalta
D. Gerardus de Cucanea
D. Ioannes de Cucanea
D. Nicolussius de Cucanea
D. Ioannes antiquior de Cucanea
D. Fantinus de Cucanea
D. Pamphilus de Prampergo
D. Asquinus de Colloreto
D. Federicus de Momiano
D. Ambrosius della Turre
D. Hermacoras della Turre
D. Carnevarius della Turre
D. Federicus della Turre
D. Bernardinus de Strasoldo
D. Oscaldus de Strasoldo
D. Federicus de Savorgnano
D. Federicus de Manzano
D. Rapoter de Buthio.
D. Ropretus de Tercano.
D. Corradus Boianus — pro Civitate
D. Guillelmus Mr. Gatti — pro Civitate

D. Odoricus Notarius
D. Rotius Notarius — de Utino
Federicus Salvagni
Matheus Nots de Aquileja
Nicolaus Nots de Glemona.

Et aliorum quamplurima multitudine copiosa.

Propositis per Ven. Patrem Paganum Dei grã S. sedis Aquilejensis Patha diligenter et provide iniuriis, gravaminibus et apprehensionibus, que illate sunt, et inferuntur continue sibi et Ecclie Aquilejensi et servitoribus eiusdem, et maxime noviter in partibus Istrie, et Pole per illos de Comitatu Goritie simul cum Petro de Petra pilosa, ob quorum causam dictum colloquium convocaverat ipse Patha requisivit instanter omnes et singulos de Colloquio sub fide, qua tenentur sibi et Ecclie Aquilejensi atque ipsis distincte mandavit, quatenus super prefatis sibi consulere deberent fideliter ut tenentur, tamquam fideles servitores suprate Ecclie Aquilejensis et prout expediens et consultum fuerit pro defensione honoris et iurium Ecclie Aquilejensis suum sibi prestent auxilium et favorem.

Quesito igitur more solito ab universis in dicto colloquio constitutis quid circa predicta videatur agendum et quid consulebant, provisum fuit, et ordinatum et firmatum ibidem nemine discrepante, quod quia salubrius et discretius super talibus consuli potest per paucos, quam per multos D. Patha habere deberet consilium suum, qui erant ibidem. Et quod nova fieret electio de duodecim consiliariis silicet de duobus pro Prelatis, de duobus pro liberis, de quatuor pro ministerialibus et de quatuor pro Communitatibus, qui duodecim simul cum aliis ordinerent, tractarent, agerent et adimplerent simul cum Dno Patha omnia et singula, que utilia et necessaria essent circa predicta pro honore et statu Ecclie Aquilejensis et servitorum eiusdem qui duodecim eandem haberent auctoritatem, quam habet totum colloquium et quod quidquid per ipsos fieret illud habeat firmitatem, et robur ac si per totum colloquium factum esset.

Surgentibus igitur, et se in partem trahentibus juxta eorum consuetudinem omnibus de dicto colloquio pro eligendis dictis duodecim consiliariis electi fuerunt infrascripti qui finito colloquio pro complendis predictis cum Dno Patha remanserunt &c.

D. Decanus Aquilejensis
D. Abbas Rosacensis — Pro Prelatis.
Matheus Nots pro Communitate Aquileje
Corradus Bosanus pro Communitate Civitat.
Federicus de Savorgnano pro Communitate Utini.
Federicus della Turre Capitaneus Glemone pro Comunitate Glemone
Federicus de Villalta
Bernardus de Strassolb — pro Liberis
Articus de Prampergo
Pezonea de Spilimbergo
Asquinus de Colloredo — pro ministerialibus.
Rizzardus de Valvasono

J. N.

Ego Joseph de Radiis Nots Utinensis Matricularius premissum colloquium una cum subscripta deliberatione ex libris et prothocolis Egr. q.m S. Eusebii Not.ii et Cancellarii Qmi P. Pagani della Turre olim Patha Aquil. prout inveni requisitus fideliter extraxi ex ipsis prothocolis existentibus penes Exx. DDoct. Dnos Antonium et Martinum fratrem de Menilis & In quorum &

Nomina, et series Patriarcharum Aquilejensium.

1 Primus Patriarcha predicator extitit Aquileje B. Marcus Evangelista.
2 Hermacorus — Patriar.
3 Hellarus — Patriar.
4 Grisogonus — Patriar.
5 Theodorus — Patriar.
6 Grisogonus — Patriar.
7 Agapitus — Patriar.
8 Fortunatus — Patriar.
9 Valerianus — Patriar.
10 Benedictus — Patriar.
11 Cromatius — Patriar.
12 Augustinus — Patriar.
13 Adelfus — Patriar.
14 Maximus — Patriar.
15 Januarius — Patriar.
16 Secundus — Patriar.
17 Niceta — Patriar.
18 Marcellianus — Patriar.
19 Marcellinus — Patriar.
20 Stephanus — Patriar.
21 Maxentius — Patriar.
22 Macedonius — Patriar.
23 Paulus — Patriar.
24 Probinus — Patriar.
25 Helias — Patriar.
26 Severus — Patriar.
27 Joannes — Patriar.
28 Martenianus Patriar.
29 Fortunatus — Patriar.
30 Felix — Patriar.
31 Joannes — Patriar.
32 Joannes — Patriar.
33 Petrus — Patriar.
34 Joannes — Patriar.
35 Severus — Patriar.
36 Calistus — Patriar.
37 Sigivaldus — Patriar.
38 Paulinus — Patriar.
39 Ursus — Patriar.
40 Maxentius — Patriar.
41 Andreas — Patriar.
42 Venantius — Patriar.
43 Theuthimarus — Patriar.
44 Lupus — Patriar.
45 Valpertus — Patriar.
46 Federicus — Patriar.
47 Leo — Patriar.
48 Urrus — Patriar.
49 Lupus — Patriar.
50 Engelfredus — Patriar.
51 Rodaldus — Patriar.
52 Joannes — Patriar.
53 Popo — Patriar.
54 – Eberardus — Patriar.
55 – Gotopoldus — Patriar.
56 – Ravengerius — Patriar.
57 – Sigebardus — Patriar.
58 – Henricus — Patriar.
59 – Federicus — Patriar.
60 – Vodolricus — Patriar.
61 – Gerardus — Patriar.
62 – Peregrinus — Patriar.
63 – Vodolricus — Patriar.
64 – Gotofredus — Patriar.
65 – Peregrinus — Patriar.
66 – Volcherus — Patriar.
67 – Pertoldus — Patriar.
68 – Gregorius — Patriar. de Montelongo
69 – Raymundus — Patriar. della Turre
70 – Petrus — Patriar. Gera
71 – Ottobonus — Patriar.
72 – Castonus — Patriar. della Turre
73 – Paganus — Patriar. della Turre
74 – Bertrandus — Patriar.
75 – Nicolaus — Patriar. frater Caroli IIII Imper [illegible]
76 – Ludovicus — Patriar. della Turre
77 – Marquardus — Patriar.
78 – Philippus — Patriar.
79 – Joannes — Patriar.
80 – Antonius — Patriar.
81 – Antonius — Patriar. Patriz. Venet. de Ponte
82 – Antonius Card. — Patriar. ex Nobb. de Zogola
83 – Ludovicus — Patriar. de Tech
84 – Ludovicus — Patriar.
85 – Marcus Barbus Card. Patriar. primo Patr. Veneto Nob.
86 – Hermolaus Barbarus Patriar. dopo la dedizione
87 – Nicolaus Donatus — Patriar.
88 – Dominicus Grimanus Cardinalis — Patriar.
89 – Marinus Grimanus Cardinalis — Patriar.
90 – Marcus Grimanus Electus — Patriar.
91 – Joannes Grimanus – Patriar.
92 – Daniel Barbarus Electus Patriar.
93 – Aloysius Iustinianus Electus — Patriar.
94 – Franciscus Barbarus – Patriar.
95 – Hermolaus Barbarus – Patriar.
96 – Antonius Grimanus – Patriar.
97 – Augustinus Gradonicus Patriar.
98 – Marcus Gradonicus – Patriar.
99 – Hieronymus Gradonicus Patriar.
100 – Joannes Delphinus Card. Patriar.
101 – Dionysius Delphinus Patriar.
102 – Daniel Delphinus Card. Patriar
Adhuc vivens

Inventarium Reliquiarum Ecclesiae Aquilejensis consignatarum Domino Bernardo de Strasoldo in conservationem die 17. Mensis Maii 1409. Ind. 2. per Ven. Viros Dominos Dominicum Serenum vicedecanum Jacobum Ronchion et Michaelem de Strasoldo Canonicos Ecclesiae Aquil. Praesentibus circumspectis viris Dominis Odorico Vicario Patriarchali et Reverendis Presbyteris Cristophoro de Lauro, Stephano de Oliva, Angelo de Cortona, Zanino de Grado, ~~ac Pre Ognato Camerario~~ Francisco de Toscanella, Johanne de Vaste, Facio de Grado et Pre Ognato Mansionario Ecclesiae Aquil. ac Nobb. et circumspectis viris Dominis Bartholomeo de Maniaco et Johanne de Susan Cancellario D. Patriarchae et de huiusmodi inventario rogatus fuit dictus Dominus ~~Cancellarius~~ Joannes Cancellarius Domini una manu primo positae fuerunt infrascriptae Reliquiae in una capsa de abete.

1 – Liber Evangeliorum B. Marci argento deauratum copertus sigillatus sigillo Capituli ab intra ab extra vero super pannum, quo involutus est, sigillatus sigillo Presbyteri Stephani de Oliva.

2 – Baculus Pontificalis B. Petri involutus in uno panno lineo cum pede argenteo deaurato.

3 – Baculus pastoralis cristallinus circumfultus argento cum agnus Dei argenteo deaurato.

4 – Caput B. Hermacorae argenteum cum mitra ornata lapidibus pretiosis, et humerali argenteo deaurato ornato lapidibus pretiosis.

5 – Brachium dextrum B. Hermacorae deauratum cum uno annulo aureo cum pede, cum litteris in eo sculptis tenens manum in modum benedicentis.

6 – Brachium dextrum B. Fortunati cum manu aperta cum annulo aureo in parvo digito deauratum cum pede similiter cum litteris super sculptis.

7 – Unum humerale de tela cum peciis ligatum, et sigillatum cum quatuor annulis impendentibus ad cordulam ligaminis. Dico sacculi cum peciis bullati.

8 – Caput B. Paulini argenteum cum litteris smaltatis ante pectus.

9 – Caput S. Laurentii argenteum deauratum, habens in vertice cristallum in modum tonsurae, sive coronae clericalis cum litteris smaltatis ante pectus

10 – Imago B. Virginis cum Filio nudo in bracchio dextro, et floribus in manu sinistra cum corona fulta perlis, et lapidibus pretiosis.

11 – Digitus S. Benedicti in vasculo cristallino coperto in summitate argento deaurato.

12 – Una imago argentea cum manicis latis suffultis viridi habens unum brachium fractum tota argentea in effigie habens teotonici.

13 – Unus Liber Evangeliorum copertus, unam tabulam argento deaurato cum figuris, duae ampullae argenteae deauratae.

14 – Calices quindecim inter parvos et magnos

15 – Patenae undecim parvae, et magnae, inter quas est una tota aurea.

16 – Unum Altariolum de Petra Porfiretica habens ab una parte laminam argenti coperiente totum Altariolum, et circa oras argentum cum litteris versibus descriptis.

17 – Crux parva argentea, et una Brocheta argentea deaurata.

18 – Petiae novem argenti deaurati de libro B. Marci. Thuribulum argenteum deauratum. Capsula argentea reliquiarum.

19 – Una corona argentea deaurata in uno vase de corio in modum scatulae cum imaginibus, annulis et figuris argenteis in Inventario per me Joannem facto de quibus ad plenum continetur.

20 – Liber Evangeliorum habens unam tabulam ornatam argento cum crucifixo, et B. Virgine et Joanne Evangelista.

21 – Aliqua privilegia et instrumenta juris Capituli Aquilejensis.

22 – Una cappa alba suffulta cendato rubeo.

23 – Una cappa nova alba cum Casula Dalmatica et strica suffultis cendato rubeo.

24 – Una petia panni serici rubei brocata auro.

25 – Casula nigra brocata auro et Cappa.

26 – Cappa rubea suffulta cendato blavo. In alia Capsa

27-Jecotur cappe rubee suffulte cendato blavo
28-Casula Dalmatica, et stricta panni serici albi pro brocati auro suffulte sindone rubeo.
29-Tres Pohe anconi argentee B. Virginis cum capitelo cum uno Angelo.
30-Due purpure una serici viridis et alia blavi cum auris et diversis rebus invexty
31-Casula Dalmatica et stricta panni albi serici suffulte cendato croceo
32-Stricta et larga nigre panni brocati auro.
33-Palium cendati blavi cum Crucifixo de perly.
34-Casula Veluti blavi cum armis nigris a parte posteriori suffulta cendato rubeo.
35-Casula de veluto rubeo suffulta tela blava.

Extra Capsam.

36-Unus saccus cum septem sacculis Privilegiorum, et Instrumentorum, ac jurium Capituli sigillatus sigillo Jacobi Renoton

Extra Capsas.

37-Crux magna argentea deaurata cum Crucifixo.
38-Una capsa de Nuce clausa duabus seris una intrinseca, et alia extrinseca cum aliquibus negotiis, et rebus Camere Aquilejensis Ecclesie sigillata sigillo Capituli, nec fuit aperta quia claves non aderant.

Ego Ioachinus de Merlatis scholasticus Aquilejensis, et scriba Capituli Aquilejensis scripsi.

S. N. Ex Archivio Rmi Capituli Aquilejensis premissum Inventarium educere fecit requisitus, et facta incontratione rogatus subscripsit et signavit de more
Antonius Martinelli Ps V. A. N. S. Collegiatus Utinensis et eiusdem Rmi Capituli Cancellarius.
Utini die 19. Martii 1720. L. D. O. M.

Series Patriarcharum Aquilejensium fideliter, diligenterque per ordinem exemplata ex Manuscriptis antiquis antiquioribus, antiquissimis, ut infra.

In Noie Dni Nri Iesu Xpti Amen. Post ipsius sacratissimam Ascentionem ad Patrem omnes Apostoli missis sortibus per Mundi clymata ad predicandum Verbum, per quod omne genuflectat celestium, terrestrium, et infernorum, et in quo salvamur et sumus, dispersi sunt. Et licet Beatissimo Principi Apostolorum Petro data fuerit super universalem Ecclesiam atque ligandi et solvendi in Celo, et in terra plena potestas Spiritus tamen Sanctus ubi vult spirans eundem Apostolorum Principem una cum coapostolo eius Paulo super quos, velut super firmas bases Ecclesia sancta fundata est, Romam deduxit. Ubi iidem Apostoli miraculis et doctrinis predictam Ecclesiam sub Nero sevissimo illuminaverunt. Quorum discipulus B. Marcus Evangelista, qui ab ore Petri Evangelicum scripsit ex precepto dicti Petri ad urbem Aquilegiam famosissimam caput Italie Pontificatus ab eodem Petro accipiens baculum venit. Et per plures annos verbum ibi salutis predicans, et affirmans cum Apostolo quoniam hic est Christus Evangelium propria manu scripsit quod hodie in Aquilejensi Ecclia omnibus volentibus, quia tale lumen sub modio poni

non debet sed super candelabrum, ut luceat omnibus, demonstras. Et sic primus Predicator in Aquilegia fuit B. Marcus Evangelista qui predicationis sue re-gine infinitis populis, ad fidem xpti conversis et iam fundata Eccla vultum Petri magistri sui videre desiderans, et ire Romam, populus occulte dimittere satagebat. Sed Dei nutu vociferante populo et presente pastore ab omni-ba Beatus Hermagoras in Pastore gregis Dominici electus est. Tunc dictus Her-magoras iter cum B. Marco arripiens Romam pervenit et a Beato Petro baculo accipiens Pontificatus, et velamen sacrum suscipiens Protho Episcopus Provin-cie Italie ordinas, et super omnes Ecclas Italie primatum obtinuit. Et regres-sus ad urbem Aquilegia Eccla suam miro componens moderamine Senio-res, et Levitas ordinavit quos ad Civitates alias Italie transmittebat Tandem XX annos ab ipsius ordinatione decurso curriculo primitijs eius sanis ope-ribus et miraculis glorioris, que in legenda declarans ipsius sub Sevasto Pr-side in predicta urbe Aquilegia, et Nerone Monarchia gubernante per diversa genera tormentorum cum Sancto Fortunato Archidiacono suo dedi-catus Aquilejensem Eccla sacro martyrio decoravit. Premittens ad patriam nobiles sanctissimas virgines Euphemiam, Dorotheam, Teclam, et Erasmam, quas proprijs manibus baptizavit. He virgines post xpti passionem prime per martyrii palmam imaculato agno sua corpora tradiderunt, que in Eccla A-quilegiensi cotidie glorioris coruscant miraculis. Huius Sancti Presulis precibus Aquilejensis Provincia est ab invasione demonum liberata nec ali-quis de hac provincia ubicunque fuerit a Demonio vexari potest nec periclitari morsibus serpentium.

Huic Beatissimo Protho-Presuli successit B. Hellarus Patha, qui sibi populum commissum in fide xpti verbo confortans, et opere explebis ordinationis sue an-nis X. sub Numeriano Principe una cum Taciano Archidiacono suo, et a-lijs tribus Dionysio, Ilario, et Felice bonum certamen certantes cursum glorioso martirio consumaverunt.

Hellarus successit Crisogonus Patha, qui completis annis decem sue ordinationis mu-nifice rexit Eccla.

Crisogono successit Theodorus Patha, qui ~~plenus bonis operibus~~ [illegible] XI. anno ab ipsius ordinatione vitam martyrio consumavit.

Post hunc successit Crisogonus Patha qui plenus bonis operibus migravit ad xptum post novem annos ordinationis sue.

Agapitus Patha sedit annos XIII.
Fortunatus Patha sedit annos XV.
Valerianus Patha sedit annos XVIII.
Benedictus Patha sedit annos XXV.

Hi omnes licet sub magnis Infide-lium persecutionibus fidelium tamen auxerunt Ecclesiam eorum sanis predicationibus, et exemplis.

Post hos successit B. Cromatius Patha doctor mirificus contemporaneus egregii et primi Doctoris Eccle B. Jeronimi, quem Cromatium idem Jeronimus natus oppido Stridonis in Dominio Eccle Aquilejensis sita inter viros illustres com-memorat et in quadam Epistola sibi scribit Dno suo Cromatio Beatissimo Episcopo Aquilejensi. Huius tempore floruit etiam Rufinus Presbyter Aquilejensis doctor eximius qui librum de Istoria scholastica composuit et mul-tos alios de Greco et Hebraico transtulit in latinum, multasque epistolas dire-xit Jeronimo et Jeronimus sibi. Sedit autem annis XVIII. et plenus bonis o-peribus migravit ad xptum.

Cromatio successit Augustinus, qui post annos XVIII. ab ordinatione sua cum populo Dei cum sanctis in pace quievit.

Adelphus Patha sedit annis VIIII.

Maximus Patha sedit annis ~~XX~~

Januariy Pattha sedit annis VIII.
Secundy Pattha sedit annis III.
Nicetas Pattha sedit anniy XXXII Cujuy tempore regnante secundo Theodosio Augusto circa ann. Dñi CCCCXXV Attila flagellum Dei cupiens sibi Romanum imperiū subjugare, et debellatiy a Romaniy, quiy adhærebant omneȷ fere populi Occidentiy, ubi occisa fuerint CLXXX millia hominū reversus est Pannoniam et resumptiy viriy iterum intravit Italiā et primo veniens in Foro Julii destruxit omnes munitiones Forijulii. primo Castrū Juliense et obsedit urbem Aquilejam tribus annis et collem ubi nunc est Castrū Utini pro sui tuitione manualiter fieri fecit. Tandem pauciy exigentiy per triennium annoȷ obsidionem infra quod tempus multa millia hominū Aquilejæ occisa sunt Aquilejam cepit, et destruxit, dictum Nicetam inhumaniter jugulando. Deinde ad parteȷ alias Italiæ progrediens Civitates Concordiam Altinuṁ, quod nunc est Tarvisiū, Opitergium Patavium, et alias multas delevit. Tandem precibus B.B. Leonis PP. Primi idem Attila extinctus est.
Post Attilæ necem sedit in Aquilejensi sede Marcellianus Pattha anniȷ XXVIII. Hujus tempore Zeno Romanum fastigiū gubernabat. Odonacher Ruthenoȷ Dux occiso quodam Augustulo qui Romanū imperium invadere præsumpserat Romam ingrediȷ et totiuȷ Italiæ per XIIII. annos obtinuit principatū. Quem Theodoricuȷ Rex Gothoȷ ad Italiam properans cum dictuȷ Odonacher occurrit cum innumerabili exercitu juxta Aquilejam in campis uberrimiȷ debellavit.
Post Marcellianum Marcellinuȷ in sedem instituiȷ Patthiam, quam rexit anniȷ XV et non modicum tempore Anastasii Augusti reformavit Civitā et urbem Aquilejensem, quam propter invasionem Attilæ invenit plurimū deformatam, et quasi totaliter destructā.
Stephanuȷ sedit anniȷ XII. Hic sub Justino Xpianissimo Imperatore, et Theodorico regnante in Italia, qui erat Ariana infectuȷ hæresi, et Arianos protegebat multa pro fide catholica perpessuȷ est. Sed Xpō protegente non solū Civitā, sed totam Provinciam a peste hujusmodi liberavit.
Macedoniuȷ Pattha successit vir clarus et pius qui Justiniani Augusti assumptus temporiȷ vitam ducens laudabilem et p Provinciā Italiæ peragrans fratres mirabiliter in Xpō confortabat. Tandem post annos XXVI ab ordinatione sua felici pace quievit.
Huic successit Pauluȷ Levitus Antistes tempore Justini Imperatoris II. cujus tempore Longobardi a Narsete Patritio ducti Italiam intraverunt quomodo historiam Pauluȷ historiographuȷ scribit. Et dicti Longobardi primū castrum Juliense depopulaverunt et totaliter destruxerunt. Hic Pauluȷ Pattha timore eorundem Longobardoȷ ductus cū thesauro et Reliquiiȷ Civitæ ad Gradū insulam se contulit, quam novam Aquilejā appellavit. Et ibi XII. Pontificatuȷ sui anno vitam finivit.
Probinuȷ Paulo successit, qui uno anno apud Gradū vixit.
Heliaȷ Pattha sedit anniȷ XXII. Hic, qui tria capitula Calcedonensis Concilii suscipere noluit tamquam hæreticuȷ reprobatus est. Sed Pelagiuȷ PP. II eidem misit Epistolam satiȷ utilem, quam B. Gregorius dum adhuc esset Cardinaliȷ scripsit. Tunc Heliaȷ ab errore revocatuȷ de præfati Papæ Pelagii consensu XX. Episcoporum Synodum convocavit et Gradensem Insulā, quæ ex præfatiȷ nova Aquilegia appellata fuit totiuȷ Venetiæ instituit esse metropolim. Ad cujus robur Heracliuȷ Augustuȷ devotione ductus B. Marci sedē quam dudum Helena Mater Constantini tulerat de Alexandria Aquilegiā direxit ut ibi hactenuȷ veneratur apud sanct. Hermagoræ sedem, ubi primo prædicaverat verbum Xpī. Venetiæ quippe duæ sunt. Prima est illa, quæ in antiquitatū historiiȷ continetur, quæ a Pannoniæ termino usque ad

flumen Danubii in qua etiam Istria complectitur protelatur. Cujus Aquilegia olim Civitas famosa caput extitit que etiam caput Italie vocabatur. Secunda Venetia est, que apud Insulas Maris Adriatici ex collectione populorum primarum Venetiarum propter rabiem Attile et deinde Longobardorum infra aquas fundata est.

Severus Patha successit Helie apud Aquilegiam nova et XV annis sedit quem Smaragdus Patricius nolentem Ravennat Epō adherere cum tribus Coepiscopis de Grado violenter abstrahens cum injuria Ravennam duxit compellens eundem Severum dicto Ravennatensi Episcopo in tribus damnatis capitulis a PP. Pelagio adherere. Sed justo Dei judicio Smaragdus Patricius a Demonio correptus Constantinopolim remeavit. Severus vero expleto anno uno ad Gradum cum tribus Coepiscopis rediens non est receptus a populis, nec sibi voluerunt alii Episcopi communicare, quia errori Ravennati Epī communicaverat. Sed convocata Synodo X. Episcoporum in Mariano idem Severus dans erroris sui libellum a fratribus in Patham benigne receptus est. Epī autem qui dicte Synodo interfuerunt sunt hi Petrus de Altino. Clarissimus de Sabione. Angelus Tridentinus. Junior Veronensis. Orontius Vicentinus. Laurentius Bellunensis. Rusticus de Tarvisio. Fontejus Feltrensis. Angelus Cenetensis. Maxentius Juliensis. et Adrianus Polensis. Hujus etiam tempore sevientе adhuc multitudine Longobardorum et imperante Mauritio Augusto fames maxima, et mortalitas per universam Italiam fuit.

Post obitum Severi Johannes Abbas cum consensu Regis et Agilulfi Ducis Forojuliensis in Patham in Aquilegia veteri ordinatur. In Grado quoque Candianus caput schismatis a Romanis instituitur. Candiano defuncto apud Gradum Epiphanius non sine schismate ordinatur. Et ex tunc incepit nominari Patha Gradensis qui Epiphanius erat Primicerius Notariorum Romanorum.

Marcianus Patha sedit annis VIIII.

Fortunatus Patha sedit annis III.

Felix Patha sedit annis XIIII. Hic apud Regem Longobardorum familiaris extitit, cui ipse Rex fuit multum benignus et gratiosus.

Johannes Patha sedit annis IX. Alter Johannes Patha sedit annis X.

Petrus Patha sedit annis XIII. Justinianus II. Imperator. Hujus tempore universalis Synodus apud Aquilegiam celebratur.

Serenus Patha sedit annum I. Vir bonus et pius ac omni simplicitate preditus et ad Xpi servitia pronus Et nota, quod a Severo Patha usque ad Calixtum qui sextus Patha propter incursionem Romanorum non audebant stare in Aquilegia, sed habitationem sibi elegerant in Cormono.

Sublato itaque de medio Patha Sereno ei succedit Calixtus vir Egregius Eccle Tarvisane Archidiaconus, qui annuente Luitprando Rege Longobardorum regimen Eccle Aquilejensis suscepit, et ejusdem Regis suffultus favore Eccliam strenue gubernavit Tandem X°L ordinationis sue anno feliciter pace quievit in Civitate Austria cujus corpus sepultum est in Eccla Sancti Johannis.

Sigualdus Patha de Regis Grimoaldi genere sedit annis XLII, et prospere Ecclesiam gubernavit

Sanctus Paulinus Patha sedit annis XV. Qui fracto jam regno Longobardorum et in captivitatem ducto Desiderio ipsorum Rege una cum uxore et filiis ad gloriosum Karolum Magnum Imperatorem pro juribus Eccle amplificandis profectus est. Et vir iste mire sanctitatis ab Imperatore Karolo privilegia valde pulchra obtinuit. Et rediens in Civitate Austrie multis in vita miraculis clarus et in morte. cujus corpus in predicta Civitate quiescit et veneratur.

Ursus Patha sedit annis V. Hic primus cepit proclamationem facere de Grado Insula plebe synodali jure subiecta Aquilegiensi Eccle. In qua quidam Venetus sibi nomen Patha usurpaverat

Maxentius Patha sedit annis XXVI. Ad cuius preces B. Eugenius PP. et Ludovicus Imperator ad instantiam Lotharii filii dicti Ludovici universalem synodum Mantue celebraverunt. In qua eodem Maxentio proclamante quod quidam Venerius falso sibi nomen Pathe in Grado Insula plebe Ecclesie Aquilejensis usurpaverat et retractata huiusmodi causa per dictam Synodum declaratum fuit Gradum esse plebem synodali jure Ecclesie Aquilegiensis subiectam deposito Venerio antedicto.

Andreas Patha sedit annis X. Hic proclamatione facta de Grado per Leonem PP. et Lotharium Imperatorem dictam plebem obtinuit, et adjudicata est Plebs Ecclesie Aquilegiensis in Synodo generali.

Venantius Patha sedit annis XIII.

Tendinarius Patha sedit annis XXII. Hic etiam sub prefato Lothario et etiam sub Ludovico eius filio Ecclesiam mirabiliter gubernavit, et pro Gradensi plebe reclamavit et eam obtinuit in Papia.

Lupus Patha sedit annis III. Hic a prefato Ludovico in protectionem suam susceptus est.

Valepertus Patha sedit annis XXVI. Hic Karolum II filium Ludovici a Papa Ioanne VIII. coronatum Rome sociavit.

Federicus Patha sedit annis LIII Iste mirabiliter Ecclesiam gubernavit. Huius tempore imperante Karolo III. Ungarorum gens a Scythia egressa in Pannoniam, que adiungit finibus Ecclesie Aquilegiensis primitus venit, et ejectis Avaris ibi habitare cepit. Erat enim gens crudelissima carnem comedens humanam et sanguinem bibens pro potu, quos Federicus Patha repressit et longius effugavit, reddens Hesperie pacem, que caput extat Italie. Super cuius sepulchrum in Aquilegia est Epitaphium.

Conditur in fenus nitido Patha capillo
Preclarum nomen cui Federicus erat.
Ungarorum rabiem magno moderamine pressit,
Fecit et Hesperiam pace habere bonam.
Egregius Pastor mitis dum pasceret agnos
Semper utrumque gregi pabula loca dedit.
Hunc Deus omnipotens proprio ditavit honore
Post hanc Angelicis consociando choris.
Tu quoque Precursor Xpi Baptista Joannes
Pontifici meritis auxiliare tuis.

Leo sedit annis XXII. Hic pro libertate Ecclesiastica se mori exponens a quodam Rodaldo Longobardo occisus est. cuius bona omnia Rodoaldi Ecclesie Aquilegiensi confiscata fuerunt per sententiam Principum ut infenus apparebit.

Ursus Patha sedit annis XXIII. Hic tempore Berengarii sedit totus virtuosus et ardens pro Ecclesia multos labores fecit, et sollicitus. In Civitate Aconia plenus dierum in pace quievit.

Lupus Patha sedit annis VIIII.

Hengelfredus Patha sedit annis XXIII. Cui Berengarius II. et postea Otto Primus immunitates, et privilegia contulerunt. Hic fuit nobilis genere et omni probitate conspicuus

Rodaldus almificus Patha sedit annis XLII Nobilis genere et nobilior mente ab Imperatoribus Octone II. et III. plura privilegia obtinuit et inter cetera per sententiam Principum coram prefatis Imperatoribus obtinuit quidquid inter Plaviam et Liquentiam habebat Rodaldus Longobardus, qui Leonem Patham, de quo superius facta est mentio, interfecit.

Johannes Patha sedit annis XVIII. Hic ab Ottone III. plura privilegia obtinuit et adversus quemdam Ursonem, qui se Patham Gradensem dicebat coram B. Henrico Imperatore, cujus uxor fuit Sancta Cunegundis virgo de Grado plebe sua etiam reclamavit.

Poppo Patha venerabilis sedit annis XXIIII. Hic in duobus Conciliis Romae et Ravennae celebratis coram Johanne Papa XVIIII et Mag.° Corrado Imperatore adversus Ursonem predictum et citatum et vocatum per litteras Apticas, et non comparentem de Gradu plebe predicta proclamavit. In quibus Conciliis Gradus adjudicata est Plebs Ecclae Aquilegensis et dictum Ursonem, omnesque suos predecessores false Patriarchatus nomen usurpasse, ipsoque procurante omnes thesauri Ecclae, libri, calices, paramenta et alia vasa aurea et argentea librum, seu Evangelium, quod B. Marcus Evangelista propria manu scripsit cum corporibus Sanctorum, quae per Paulum Patham metu Longobardorum ad predictam Gradum Insulam deportata fuerant, et cum aliis Reliquiis ad Aquilejensem Ecclam deportata fuerunt. Templum de novo construxit. Iste B. Pontifex et monasterium Sanctimonialium extra muros Aquilejae, quod opulentissime dotavit. Templum predictum una cum duobus Romanae Ecclae Cardinalibus, et viginti aliis Episcopis solemniter consecravit. Cui consecrationi interfuit Corradus Imperator predictus. Et Joannes Papa duo Sanctorum corpora, videlicet Marci PP., et Quirini Epi martiris transmisit tradens eidem Popponi potestatem super XVI Episcopatus videlicet Tergestinum, Emonensem, Polensem, Parentiensem, Justinopolitanum, Concordiensem, Ceuotensem, Feltrensem, Bellunensem, Paduanum, Vicentinum, Veronensem, Tridentensem, Mantuanum, atque Cumanum. Quam potestatem cum certis regalibus dictus Corradus concessit, atque confirmavit multaque bona fecit pro ipsa Eccla, quae narrare per singula nimis longum esset. In Aquilegensi Eccla requiescit in medio Eccle. In cujus sepulchro ii versus scripti sunt

Poppo Sacerdotum lux, et decus Ecclesiarum
Gloria Romani spes simul imperii.
Constitutus vicibus humanae conditionis
Ecce sub hac mole fit cinis ex homine
Instruit ut Paulus, fuit omnibus omnia factus
Servo studens Domino dupla talenta suo.
Hic locus est testis, quibus ipse resplenduit actis
Ille quidem bonis moribus atque probis.
Exornans istam Xpti fundaverat aulam
Ultima principio, quae dedit hora suo. *
In Labro pheto duodena parte locatus
Agne Dei vivi sub te rogo parce jacenti *

Eberardus Patha sedit annis V. de quo nihil invenitur dicendum.

Gotopoldus Patha sedit annis XVII qui etiam de Gradensi sede proclamavit et tam per Alexandrum II, quam per Henricum Imperatorem III. dicta plebs adjudicata est et per utrosque super XVI. Episcopatus predictos, et de Regalibus data potestas. Hic construxit monasterium S. Stephani de Aquilegia, in quo erant Canonici regulares, nunc autem seculares. Huic etiam concessit

---

* Questa Lapida sepolcrale era fatta di verde antico, quale fu poi levata per la di lei preziosità dagl' Austriaci dopo il 1740, e ve ne fu posta un' altra di pietra rossa ordinaria.

et dedit dictus Imperator Ducatum Fori Iulii et Marchiam Istriae et multa alia largitus est. Super eius monumentum in Aquilegia hi versus scripti sunt.

Hic Eotopoldus jacet missus in monumento.
Hic Praesul dictus nomine et merito.
Sed quia mortalis me pejor non erat ullus.
Christe Filii miserere mei.
A morte perpetua libera Domine.
Crux mihi sit requies
Crux mihi sancta salus.

Ravengerius Patriarcha sedit annis IIII.

Sigeardus Patriarcha sedit annis VIIII Huic Henricus Tertius dedit Marchiam Carniolae, et multa alia privilegia concessit et concessa per alios confirmavit, et Urbanus Papa II. sibi omnia confirmavit circa annos Domini MLXXXVIIII.

Henricus Patriarcha sedit annis VI.

Federicus Patriarcha sedit anno I.

vodalricus Voldaricus Patriarcha sedit annis XXXVII Hic cum Henrico Imperatore IV Romam vadens pro ipsius coronatione propter discordiam, quae erat inter Pascalem Papam et ipsum Henricum Pascalis capitur, et dicto Vodalrico traditur custodiendus, cui idem Vodalricus non sicut custos sed sicut humilis servus famulabatur. Tandem factis compositionibus Henricus coronatur, et procurante eodem Patriarcha pax firma inter Imperatorem et Papam facta est propter quod tam a Papa quam ab Imperatore gratias multas obtinuit.

Gerardus Patriarcha sedit annis VIIII Hic de Villa Premariaci juxta Civitatem Austriae ortus apud eandem plenus bonis operibus migravit ad Christum.

Pellegrinus Patriarcha sedit annis XXXI. Tempore istius Honorius II Papa fuit in Aquilegia. Huius etiam tempore a Papa Innocentio II. coronatur Lotarius Imperator, cui coronationi interfuit idem Pellegrinus, et de Regalibus fuit ab ipso Imperatore solemniter investitus.

Eotofredus Patriarcha sedit annis XII. Hic de regali prosapia ortus Ecclesiam sua minima prudentia gubernavit.

Vodalricus secundus sedit annis XX qui Legatus Apostolicae sedis factus Federici Primi consanguineus tam ab Adriano IV, quam Alexandro III. confirmationes privilegiorum obtinuit. Huic dictus Federicus omnia privilegia imperialia, et regalia confirmans Marchiam Istriae, et Carniolae Ducatum, et comitatus Fori Iulii, et multa alia loca, et castra et terram inter Plavim, et Liquentiam jacentem concessit et per alios concessa confirmavit. Dedit etiam eidem Patriarchae et Ecclesiae Aquilejensi montem Silicis cum omnibus........ appendiciis, et post reconciliationem factam inter Alexandrum III. et Imperatorem fecit idem Imperator dictum Vodalricum Patriarcham per totam Italiam suum vicarium generalem. Hic duplicem habuit legationem. Jacet in Aquilegia in cuius monumento hi versus sunt.

Alter Vodalricus jacet hic Patriarcha benignus
Stuctibus illisam scismatis Ecclesiam.
Rexit dictavit fratres hos ipse beavit
Cum justis maneat, gaudia possideat

Pellegrinus secundus sedit annis XIIII. Iste fecit multa bona Ecclesiis et inter alia reparavit Ecclesiam Civitatensem et decoravit multis clenodiis et fecit tabulam argenteam valde pulchram in dicta Ecclesia sed mirabilem in Ecclesia Aquilegiensi, que per pastoris incuriam post longum tempus fuit Venetis pignorata, quam ipsi Veneti hodie pro pretioso servant thesauro. Iste primus cepit amicitiam contrahere cum Venetis

Volkerus Patriarcha beatus. Sedit annis XII Hic ab Henrico V. et Ottone III. confirmationes privilegiorum obtinuit et coram eis, et etiam coram Friderico II Marchionatum Istrie, quam Dux quidam Bavarie Ludovici nomine tenebat per Principum sententias obtinuit, et resignatione facta per dictum Ducem de huiusmodi Marchionatu per annos tres Imperatores successive investitus est dictus Patriarcha de dicto Marchionatu, cui etiam Otto predictus Montem Silicis donavit. Hic multa sanctitatis opera in vita sua fecit, que Deus post eius mortem ostendit nam eius Archa marmorea in Aquilegiensi Ecclesia in aere pendebat visibiliter stans circumquaque per IIII^or digitos super terram, nunc autem uno angulo terram tangit modicum, aliis angulis minime terram tangentibus.

Bertoldus Patriarcha sedit annis XXVI. Iste filius Ducis Meranie patruus fuit Beate Helysabeth, que fuit filia Regis Hungarie, cuius B. Helysabeth mater fuit soror dicti Patriarche Bertoldi. Hic Archiepiscopus Coloniensis existens qui Friderico II adherens usque ad eius depositionem multos honores, multa privilegia et gratias obtinuit. Multa bona una cum Patre et Matre Ecclesie Aquilegiensi contulerunt. et potissime in Karinthia et Marchia et Carniola cum predictus Imperator etiam montem Silicis inter alia concessit et tradidit Huius tempore Ezelinus de Romano tyrannidem exercebat, et licet idem Bertoldus indignationem, eo quod adherebat Friderico sedis Apostolice incurrisset ad Romanam Curiam cum magna Comitiva Baronum et Nobilium et ibi magnalia ostendens ab Innocentio IIII. gratiose susceptus gratiam et benedictionem obtinuit et rediens a Curia Romana post aliquod tempus multa dimittens de proprio Patrimonio Ecclesiis felici pace quievit. Iacet in introitu Ecclesie infra Ecclesiam. Hic fieri fecit Ecclesiam S. Odorici de Utino et etiam Civitatem Austriam muris ampliavit.

Gregorius Patriarcha, qui fuit de monte Longo sedit annis XVII. mensibus X. et diebus XVI. Hic antequam assumptus esset ad Patriarchalem dignitatem existens Notarius Pape missus fuit legatus contra Fridericum jam depositum, qui Parmam obsidebat. Parmenses videntes auxilium sibi paratum egrediunt, et idem Gregorius una cum Parmensibus exercitum Friderici aggressi sunt, et spoliis auctis ipsum Fridericum cum exercitu suo non sine magno damno et obprobrio expulerunt. Hic factus Patriarcha per Papam Innocentium IIII. venit Aquilegiam XIII die Ianuarii sub anno Dni MCCLII. Hic gloriosus Antistes multa laudabilia operatus est, et multas guerras pro libertate Ecclesie sue cum Comitibus Goritie et Tyrolis perpessus est. Supradictus Patriarcha fieri fecit Monasterium fratrum minorum Civitatis Austrie et aliud pro eisdem fratribus in Utino cum Ecclesia, cuius consecrationi interfuit ipse cum multis aliis Episcopis anno Dni MCCLXVI. Tandem anno MCCLXVIIII. mortuus est in Civitate Austria, et ibi sepultus. Eodem anno electus fuit in Patriarcham Aquilegiensem Philippus frater Ducis Karinthie olim Archiepiscopus Salisburgensis sed privatus fuit per Papam Gregorium X. eo quia electio Patriarchalis ante dictam electionem fuerat interdicta per curiam Romanam qui cum Apostolica sede vacante non confirmaretur electus fuit in Capitaneum ForoJulii salvo jure electionis Patriarchalis. Sedes autem Aquil. vacavit annis IIII^or

Raymundus Patha sedit annis XXV mense I dies XVII. Hic natione Mediolanensis, dum esset Epus Cumanus factus fuit Patha Aquilegiensis per Alexandrum Papam, et Curiam Romanam anno Dni MCCLXXIII die XI. exeunte mense Decembri. Venit in Forum Julii, videlicet Utinum anno milli duentesimo septuagesimo quarto. Die Sabbati IIII° intrante Augusto. In adventu suo cum Alberto Comite Goritie guerram fecit, sed modicum duravit majorem, et longiorem habuit in Istria cum Venetis, quos debellavit, et vicit. Pulchra privilegia concessit Utinensibus, quos ditavit honoribus, et redditibus. Obiit Utini anno MCCLXXXXI. die VI. exeunte Februario, sepultus vero Aquilegiae in Capella S. Ambrosii ante per ipsum facta. Eodem anno die V. intrante Martio electus fuit in Patham Aquileg. Dnus Conradus Dux Polonie unanimiter, et concorditer per Capitulum Aquilegiense, sed non fuit confirmatus per Curiam Romanam.

Petrus Patha sedit annum I. menses VII. Hic consecratus in Patham Aquilegiensem a Bonifacio Papa VIII. in festo Nativitatis S. Johannis Bapte anno Dni MCCLXXXXIIII. modicum supervixit, nam obiit in Utino et sepultus fuit in Ecclia S. Marie posita sup colle Utini ante altare majus anno Dni MCCCI. die X. exeunte Februario

Octobonus Patha sedit annis XIII. Hic factus fuit Patha Aquileg. per Papam Bonifacium VIII. anno Dni MCCCII penultimo die Martii. Mirabiliter et fortiter rexit Ecclam suam solvit multa debita Romane Curie, habuit multas guerras, debellavit et vicit hostes Vacante sede Papali per mortem Clementis Pape anno Dni MCCCXIIII. die X. exeunte Septembri arripuit iter versus Romam ad Cardinalem Lucham Januensem, qui citaverat eum ad se, unde sperabat, quod dictus Patha crearet in Papam, quod minime factum est quia ipso revertente gravi infirmitate detentus obiit anno Dni MCCCXV. die XIII Januarii. In Comitatu Placentie sepultus est in Castro, qui dicitur Arquar.

Castonus Patha sedit mensibus VII dies..... Hic ad preces Regis Roberti factus Patha Aquileg. per Johannem Papam, veniendo Florentiam in Forum Julium equitante eo cecidit, et mortuus est, ac Florentie sepultus anno Dni MCCCXVIII. die XII. exeunte Augusto, qui ultimo die anni precedentis creatus fuerat Patriarcha

Paganus Patha sedit annis XV. Hic dum esset Epus Paduanus creatus fuit Patha Aquileg. per SSmum Papam Johannem anno Dni MCCCXIX

Bertrandus Patha Beatus sedit annis XV. mensis VII. dies VI. Hic fuit oriundus de Castro Sancti Zenesii Iste Antistes multum laboravit pro libertate sue Ecclie et multa ipsius bona recuperavit. Hic fecit fieri, ac depingi Capellam, in qua jacet, sepulchrum ejus marmoreum in quo conditus fieri fecit Ipse cultor justitie, amator pauperum, pupillorum viduarumque protector. Ano Dni MCCCL. VI. Junii a suis emulis crudeliter interfectus est in loco, qui dicitur Richenvelde. In Utino sepultus multis coruscat miraculis.

Nicolaus Patha Bohemus frater Karoli IIII. Imperatoris sedit annis VIII. Hic a mandato Pape ex conscientiaque justitiam fecit de omnibus, qui interfuerunt occisioni, et mortis causa predecessoris sui Bertrandi, aliquibus capites amputari aliquibus membra dividi, et sic morte turpissima mori Hic cum copioso exercitu amplexus est Patriam. Virilis et audax in operibus suis. Ecclesiam suam nec non Patriam bene gubernavit tandem mortuus, et sepultus in Utino in sepulcro predecessoris sui Bertrandi.

Ludovicus Patha sedit annis III. Hic della Turre natione fuit, qui pro tuitione

sue Ecclesie a Duce Austrie captus, et quamplures nobiles cum eo usque Vien
nam ducuntur, qui timentes sententiam capitalem clam recesserunt et
ad Patriam venerunt. Videns Dux quod illusus esset ab eis dimisit et
Patriarcham cumque sociavit usque in Patriam. Illo anno dux obsedit Manzanum
et recepit eum sed post recessum Ducis cum gente sua recuperavit eum
Manzanum et remansit in libertate.
Marquardus Patriarcha Beniquus sedit annis XXII. Hic potens in opere et sermone. Hic
pro Ecclesia sua cum Venetis pluribus annis guerram duxit. Illo tempore legam
fecit cum Dño Rege Ungariæ, cum Comite Crovaziæ, cum Senensibus, cum
Paduano et debellati sunt. Hic multa bona operatus est, quæ brevitatis cau
sa obmitto. Item idem Patriarcha fecit cooperire Ecclesiam Aquilegensem S. Mariæ Vir
ginis et fecit eam multum bene et pulcre ornare, quæ multis annis
extiterat ruinata et plena vepribus et urticis, et pessimis herbis propter
terræmotum olim factum in Conversione S. Pauli in MCCCLVIII. postmodum
felici pace quievit anno Dñi MCCCLXXXI. die III. Januarii.
Anno Dñi MCCCLXXXI. tempore quo sedes Aquilegiensis vacabat rectore om
nis Patriæ turba Terre Castella, Populi petebant auxilium ab alto Dei
Concilio, ut Deus omnipotens tribueret eis propugnatorem utilem et recto
rem. Sic divina providentia in re disposuit. Contigit, quod Dñus Apostolicus
mitteret quemdam virum, et Dñum solempnem videlicet Dñum Philippum
de Alenconio Cardinalem ad partes Foriiulii in Patriarcham et rectorem. Erat
quedam rebellio, et partium discessio scilicet Civitatem Terramque et Oppido
rum. Quedam partes receperunt dictum Philippum in Patriarcham reverenter
et constanter quedam vero restiterunt et renuerunt. Unde decretum fuit
per eumdem Cardinalem et per eius Concilium quod omnibus Civitatibus, terrisque
et villis sibi, et aliis resistentibus imponeret interdictum. Sic etiam in Terra
Utini et aliis et in confinibus, et complicibus suis. Et sic factum fuit, et posi
tum interdictum omnibus resistentibus, et nolentibus ei obedire tamquam
Patriarchæ. Illo anno, quo positum fuit interdictum regnabat valida pestis epi
demiæ in Terra Utini et in toto Orbe et decedebant in Utino in die ~~plus~~
plusquam C interdum plures, et incepit illa pestis de Mense Martii,
et duravit per totum Augustum, et mortui sunt illo anno plusquam XX^{m} Christia
nos. Eo tempore erant quatuor, vel quinque Sacerdotes profani, qui ce
lebrabant divina Officia in faciem Ecclesiæ, et cum illis quatuor vel quinque
Sacerdotibus omnes mortui sepulti sunt. Finita peste idem Philippus Cardi
nalis videns partes adversantes sibi, et nolentes obedire ei, quia in comendam
nolebant eum sed si vellet deponere pileum et accipere baculum Pastora
lem Ecclesiæ Aquilegensis ipsi vellent ei obedire tamquam Patriarchæ, et vero Pas
tori. Sin autem non. Ipse autem renuens et nolens deponere pileum
sperans ascendere ad summum apicem et eligi in Papam, recessit a partibus Fo
riiulii, et adhesit Dño Francisco antiquo de Carrara Paduano qui Fran
ciscus dedit sibi pro Capitaneo quemdam Johannem Baz, qui veniens cum
magna societate in Foroiulium cepit multas terras, et castra et fortalicia
et intravit etiam Aquilegiam in die Parasceven. Ecclesiam violaverunt
derobaverunt, mulieres, homines ceperunt mulctarunt, et alia multa e
normia in dicta Ecclesia sive Civitate commiserunt et fere totas villas Foriiulii
cremaverunt, et duravit illa guerra ab ipsius inchoatione usque ad septe
nnium. Tempore huius guerre Utinenses miserunt ad Dñum Apostolicum Urba
num VI. ad Civitatem Janue, rogantes eum ut mitteret eis unum Pastorem et
Patriarcham et direxit eis unum Pastorem, sive Patriarcham Ierosolimitanum Legatum

et venit Utinum, stetitque ꝑ annum unum, et postmodum recessit et multa bona secum detulit. Sed paulo post Dnus Aplicus direxit quosdam solemnes viros et Dnos Legatos, ut inquirerent ꝑ quas causas, et per quas personas defecerat, ne prefacto Dno Philippo Cardinali obediret tamquam Patrie qui ut repugnantes redderet faciliores et promptiores ad concordiam et compositiones suspenderunt interdictum usque ad eorum beneplacitum et absolutionis illis profanis Sacerdotibus supradictis canonice et alii Sacerdotes ceperunt celebrare divina officia quod nolebant facere in facie Sacerdotum illorum, nisi absolverentur. Post hec Dni Legati iverunt Ungariam expediendo negocia sua coram Rege, prout a Sede Aplica habuerunt in mandatis, quorum Legatorum unus ibidem mortuus est. reliqui revertentes, et redeuntes ad partes Forijulii invenerunt partes adversas rebelliores quam prius. Tunc denuo revocaverunt interdictum, et lites major orta est. Tamen post longum spacium temporis compositio facta est, et promiserunt partes adversantes obedire dicto Dno Philippo Cardinali et eum recipere in Patriam et receperunt eum sed duravit tempore curto. Unde Dnus Cardinalis videns se sic illusum recessit a Forojulio et transfretavit et ivit usque Paduam deinde Romam. Ibi inito Concilio misit exercitum majorem priore, qui totam Patriam destruxit Terramque Utini obsedit et in summo discrimine posuit. Tandem Utinenses exeuntes fortiter cum suo exercitu de Utino miserunt in fugam aggressores occisis fere omnibus, et acceptis bombardis, machinis, et balistis cum magna preda Utinenses habuerunt victoriam magnam, deo sic volente cui laus, et gloria.

Finita guerra utrisque evacuatis rebus amissis villis crematis, fame caerestia flagellati non valentes ulterius guerram facere videntes se desertos ex utraque parte concordiam fecerunt insimul, et sic factum est nuncios ex utraque parte mittentes, Dnum Aplicum sunt consulti ut mitteret eis unum Patriam sive Pastorem utilem et benignum qui acquiescens verbis et litteris eorum elegit unum virum videlicet Johannem de Moravia fratrem Marchionis et fratrem Regis Bohemie non tamen legitimum sed spurium. Nuncii vero redierunt cum gaudio, suamque imbaxiatam nunciaverunt, et omnes exultaverunt gaudio magno valde.

Johannes de Moravia Patriarcha Aquilejen. sedit annos VI dies XI. cum primo venisset in Forojulium reverenter susceptus est in Patriam. Tandem inimicitia orta est inter D. Patriam et Dnum Federicum nobilem militem de Savorgnano ex parte hominum conquerentium et accusantium Dnum Federicum, et ex parte sue noverce, que quotidie proclamationes faciebat coram dicto Dno Patria accusans eundem Dnum Federicum in multis qui Patria eo quod erat de parentella dicte noverce supradicti Dni Federici credidit et assensit verbis suis ambagiis et res eo usque devenit, quod dictus Dnus Federicus una die in Capella sua ꝑ nonnullos homines perversos interfectus est. Vulgata ipsius morte illico in impetu primo trucidata est ab Utinensibus super Platea comunis Utini Noverca ipsius Dni Federici Tandem post temporis cursum interemptus est et Patria in Castro Utini ante portam ipsius Castri in anno MCCCLXXXXIIII. die XII. Octobris, et sepultus in Utino in Ecclia majori ante altare majus clam et in nocte absque Sacerdotibus in Sepulchro olim Patrie Nicolai parentis sui.

Extincto Johanne successit Antonius de Gaeta Patria Aquil. qui ab ordinatione

sua usque ad recessum ejus sedit annis VII. Hic sanus consilii sed in corpore maximus inutilis surgebat propter infirmitatem, quam habebat. Malandrinos multos, qui erant trans Liquentiam dispersos, et destruxit et fortalitia eorum et propugnacula, quae habebant in nemoribus, igni tradidit. Tandem Patriarcha fit exosus omnibus, quia erat nimis avarus et non expendebat large, sicut praedecessores sui. Vescebatur leguminibus cum aceto et sale, et lactucis crudis, et non dabat aliquod lucrum mechanicis, sed solummodo accumulabat pecunias, habens autem bursam plenam LX. millia Ducatorum et ultra cepit iter suum paulatim et venit Romam promittens redire et non rediit et ibi factus est Cardinalis.

Antonius de Portugruario Patriarcha Aquileg. venit Aquilegiam sive applicuit in MCCCCII die octavo mensis Aprilis et celebravit missam suam novellam eodem anno in die S. Lucae Evangelistae et frater ejus S. Nicolaus claudus eodem die duxit uxorem della Tractina. Nam ante idem Antonius erat Epus Concordiensis, et erat valde dilectus Papae Bonifacio VIIII. eo quod ipse fuerat servitor ejus, et ideo post recessum supradicti Antonii Caetani elegit eum cum voluntate et consensu fere omnium Castellanorum, Civium Dominorum, Praelatorum omniumque hominum in Patria existentium, et misit eum ad partes Forijulii. Ipse fuit gratanter acceptus, atque gratiose, et ei obedierunt usque dum voluerunt. Sed non post multum temporis spatium aliqui Civitatenses indignati sunt spernentes eum atque dicentes. Cujus filius est iste? Filius enim pelliparii est. Ubi est nobilitas eius? ubi milites? Et sic premebant et invidebant dentibus et dicebant. Hic non facit justitiam, nec judicium tenet, quare ergo debemus ei obedire, ex quo non potest facere judicium, et justitiam. Sed quid plura? Isti omnes ad rebelles legam et unionem fecerunt invicem mittentes edicta, literasque Dno Apostolico quaerimoniam super eo facientes falso eum accusando in multis. Rogitando Dnum Aplicum, ut privaret eum et aliam eis daret Patriarcham. Quibus auditis et intellectis eundem Patriarcham citari fecit sub poena decem millium Ducatorum, quod si non compareret infra decem dies coram Dno Papa, quod ipso facto esset privatus a Patriali dignitate. Sed ad petitionem illorum Civitatensium, et collegatorum eorum dedit eis unum Patriarcham similiter nomine Antonius, qui extiterat Epus Concordiensis, qui antevenientes eum eodem Papa Gregorio sive Erroris, et merito Erronis, quia toti Mundo errorem contulit et venerunt ad Civitatem Austriae. Antonius receptus est in Patriam eorum et ex voluntate et consensu Venetorum largitus est Patriarcha Antonius de Portugruario Utinensibus censum et proventus respondentes tamque Patriali Civitatensi et ipsi Utinenses eundem censum et proventus, sive affictum largiti sunt Venetis et ipsi Veneti largiti sunt illi Antonio Patriarchae eorum. Quod censum ascendit ad summam mille Ducatorum et sic fungebantur de affictis propriis, et eorum Patriarcha. Hic nota quod quando Patriarcha Antonius de Portugruario vidit se ita accusatum antequam Papa Erronius veniret ad partes Forijulii misit literas, et nuncios excusando se. Qui Papa nollens audire literas, nec nuncios intelligere misit eum iterum privari, eo quod personaliter non comparuisset coram eo. Sed divina potentia favente illo anno omnes Principes, omnes Barones et omnes Magnates similiter et omnes Praelati totius Mundi divinitus uniti sunt ut generale fieret colloquium in Civitate Pisarum super facto scismatis diudum regnante temporibus praeteritis videlicet fere XXXII. annorum, et factum est ut Papa Gregorius, qui putabatur verus Pastor et Benedictus, qui putabatur antipapa uterque deponerentur, et eligi deberet unus, qui totius Orbis esse deberet

veny Rector, et Pastor. Appropinquante termino videlicet in Annuncia-
tione B. Mariæ Virginis omnes Ambaxiatores omnium Principum omnium Præla-
torum pervenerunt ad dictam Civitatem Pisarum. Quorum numerus fuit usque ad sum-
mam XX millium. Qui cum omnes ibidem convenissent Gregorius retroces-
sit, nec voluit comparere synodo, sed verso tergo venit ad partes Fori Julii
ad Civitatem Austriam in die Pentecostes cum quibusdam Cardinalibus et aliis
de gente Regis Apuliæ et aliis multis Furlanis et trastulmentis omnibus rebel-
libus Dno Patthe Antonio de Portugruaro, ibique stetit, et in magna reverentia
colebatur ab eisdem, et stetit in Civitate Austria usque ad Nativitatem Sanctæ Ma-
riæ Virginis, et recedente eo cum gente sua et aliquibus Cardinalibus non multis sed
tantum duobus. Gentes sive stipendiarii Dni Patthe et Utinensium insecuti eos
eosque ceperunt, morti tradiderunt, omnia bona eorum auferunt. Papa vero evasit
solus cum quibusdam, ceteri capti, et depredati fuerunt omnibus bonis eorum, et volunt
Scriptores aliqui, sive dicunt, quod idem Papa amiserat omnibus computatis
plusquam LX. millia Ducatorum, et transfretavit usque ad Apuliam et ibi perman-
sit cum auxilio Regis Apuliæ. Eo anno et MCCCCX circa festum S. Johannis
Baptæ Cardinales, qui tunc erant Pisis cum consensu et voluntate et delibe-
ratione omnium qui ibidem convenerant, et elegerunt in Summum Pontificem
quendam Cardinalem qui prius extiterat Archiepiscopus Mediolanensis cui im-
positum est nomen Alexander postquam electus est in Papam. Privavit omnes
adherentes Errorio, et ei obedientes. Similiter excommunicavit Errorium et
Benedictum et omnes tenentes heresim eorum. Antonium vero Patthā confirma-
vit in pristinum statum, seu in Patthatum. Et tunc idem Antonius Pattha videns
rebelles nolentes ei obedire cepit guerram cum eis et multa damna intulit
eis, et ipsi econtra. Sed multa majora damna et pericula inimici eius
pertulerunt. Benedictus vero, qui putabatur antipapa resignavit et noluit
vocari amplius Papa et ivit ad partes suas. Eo vero anno mortuus est
idem Alexander Papa in Civitate Bononiensi, et ibi sepultus. Post mortem
vero dicti Alexandri electus est in Papam Cardinalis Bononiensis cui imposi-
tum est nomen Johannes. Et idem Joannes confirmavit eumdem Anto-
nium supradictum in Patthatum. Illo vero anno Civitatenses dediti sunt Comiti
de Ortemburgh eique adheserunt cum omnibus Collegatis suis, et idem Comes
venit Civitatem Austriæ plusquam cum ducentis equis, et cepit Montem
Falconum, et imposuit gentem suam intus, et expulit omnes populares et
majores exceptis quatuor, et obtinuit eumdem locum fere per duos annos et
plus Similiter Carnea Tulmentum, Glemona, Spilimbergh, Valvesonus
S Vitus Brunera, Purcilius, Maranus, et omnes trans Tulmentum obedie-
bant illi comiti tamquam Vicario Imperatoris. excepto Utino Castello Pro-
pet. Sacilo et aliis paucis locis, et Villis, qui fere omnes fideles erant Dno
Patthe propter invidiam Civitatensium.

Anno Dni MCCCCX. Die ultima Augusti incepit guerra inter Civitatenses et Uti-
nenses. Nam antea non habuerunt guerram ad invicem sed tantummodo
Pattha litigavit cum eis et e contrario propter inobedientiam illorum rebellatorum
partium adversantium. Nam idem Pattha etiam bellatus est cum inimicis suis
fere per duos annos et plus antequam Utinenses defidarent Civitatenses, et
duravit guerra illa per duos menses integros hoc tempore. Die X. septem-
bris Glemonenses cremaverunt villam Tercenti, et Domos Dni Dogni, quas
edificare fecerat de novo, ipsas funditus ruinaverunt. In mense Augusti
antequam Utinenses defidarent partes oppositas, castrum de Pers captum fuit
a gente Dni Patthe, et similiter Fontanam bonam. Et post paucum temporis spa

tium quidam Longobardus proditor existens tunc Capitaneus ejusdem Castri proditorie foro et pretio Mille Ducatorum tradidit eundem locum Glemonensibus, et postmodum clam recessit ad partes suas. Castrum vero Fontanebone remansit in potestate, et dominio Nob. viri et valerosi militis Dni Tristani de Savorgnano et ipsum multum fortificavit, et tenuit pro se. Dni vero et Dnae ejusdem loci expulsi sunt, nec fuit eis datum quicquam, sed post adventum Dni Pipi restitutum est eis Castrum.

Anno Dni MCCCCXI. die ultima Februarii expiraverunt treguae inter utrasque partes et decem diebus post, et die XXI. Aprilis incepit iterum guerra. Item die tertia Junii Civitatenses cum exercitu suo aggressi sunt villam de Morteglano et villam Puzzuoli. Illo die gentes Utinensium irruerunt in eos, et multi cesi sunt parte ex utraque, et multi vulnerati, et caput sui exercitus Utinensium captus est a Civitatensibus fere cum XX. aliis, et conducti fuerunt ad Civitatem Austriae, sed post tres dies dimiserunt eos remeare ad Terram Utini exceptis Burgensibus, et aliquibus rusticis, quibus imposuerunt compositionem sive tagliam.

Item XXI. Julii factae sunt treguae inter Utinenses, et Civitatenses, et partes adversas per X dies causa recoligendi bladum quod in Campis, et villis erat et die XXIII Julii fuit magna tempestas in Utino, et die praecedente fuit magnus imber sive inundatio aquarum Tunc prorogaverunt treguas de octo in octo dies, et de decem in decem usque ad penultimam diem Septembris Civitatenses cum quibusdam Ungaris, quos proditorie fecerunt venire in terram suam, quia omnis fere Patria sperabat pacem habere, et nihil dubitabant quin non esset pax. Civitatenses cum Ungaris illis iterum ad villam Morteglani iverunt, magnamque praedam fecerunt, villam cremaverunt, et abierunt. Montefalconum devenerunt, et ibi devoraverunt, omniaque spoliaverunt Deinde venerunt ad villam Fagnaci, eamque cremaverunt, et derobaverunt omnia quaecunque potuerunt et abierunt. Et die octava Septembris Ungari illi venerunt ad Portam Utini, quae dicitur porta Aquilegiae, et multa animalia ceperunt et ex Ungaris capti fuerunt quamplures, et occisi, sed ex Utinensibus quatuor capti fuerunt et unus acriter vulneratus.

Item die XIII. Octobris exercitus Civitatensium iverunt ad villas Orbam, Zuglianum, Paseglianum, Sclaunicum, et ibi aliqua animalia spoliati sunt, et abierunt Item die prima Novembris treguae factae sunt inter partes per XX. dies et die XXI Novemb. expiraverunt treguae, et sic ex utraque parte usque ad octo dies superstiterunt, et non spoliaverunt. Item XXVIII. die Novemb. applicuit ad partes Fori Julii exercitus Dni Regis Ungariae cum XI. militibus quorum ductor sive caput erat quidam Florentinus nomine Pipo Considerantes autem Utinenses non posse obsistere contra tam multitudinem magnam equitum armatorum proposuerunt fere omnes velle obedire Dno Regi Ungariae tamquam Imperatori et deliberatione facta miserunt solemnes Imbasiatores scilicet D. Michaelem de Rabatto, et alios plures ad dictum D. Pipo, et ipse itaque Dnus Pipo audivit et exaudivit eos et recepit eos ad obedientiam, et facta pax inter omnes partes Patriae Fori Julii die VI. in die S. Nicolaii Confessoris, cujus nomen sit benedictum in secula seculorum Amen.

Item die VII. Decembris venerunt Ungari fere ducenti et imposuerunt vexillum Dni Imperatoris super Castrum Utini et posuerunt similiter in Castro Utini suum Capitaneum, videlicet unum Theotonicum nomine Paulus, et reliqua-

runt eum ibi, et abierunt. Nota hic, quod antequam appropinquassent
gentes Dñi Regis Ungarie Utinū, quod Utinenses miserunt ad Vene-
tos cum consilio D. Tristani de Savorgnano, ut Veneti subvenirent
eis. Qui responderunt, quod nō possent eis dare subsidiū. Nuncii vero
redierunt, relationem suā fecerunt. Et quia Veneti antea habebant
omnia loca et fortilitia trans Tilmentū precio, et adulatione com-
parata, videlicet Sacilum, totū Comitatū Purciliarū, et Brunere, Valve-
soni, et Spinimberch, sperantes habere adhuc alia loca, terras, et castra,
et fortilitia quecunque essent Ecclē Aquilegiensis. Sed quia Deus resistit
superbis, et gratiam dat servis suis et humilibus Idem Dnus Pipo cum exer-
citu suo subjugavit sibi, et Ecclē Aquilegiensi, usque dū veniret univ-
ersa Patria omnes terras, omnia oppida, castra et fortilitia, et omnes
obedientiā fecerunt, et similiter obbedire Dño Comiti de Ortinburch tan-
quam vicario temporali Dñi Regis Ungarie Imperatori promiserunt.
Postquā autē recuperaverunt bona stabilia Ecclē Aquileg. progressi
sunt ulterius ad partes Venetorū, et receperunt multa fortilitia, et castra,
et terras, et pertransierunt quamdā fossā manu factā a Venetis, et cap-
tivaverunt, et lethaliter percusserunt omnes custodientes istā fossam,
et quia Veneti fecerant fieri eandē fossā cum magnis expensis
dubitantes id, quod contigit eis. Ungari vero cū perspicacitate, et robo-
re obtinuerunt eorū fortilitia, et fortiter munierunt magna dam-
na Venetis intulerunt. Hic nota, quod Dnus Tristanus sentiens et in-
telligens populū parvū sive magnū volentem obedire Dño Impera-
tori, sicut de jure tenet tota Patria Fori Julii. Videns ipse Tristanus qđ
si ipse permaneret in Terra Utini, quod ipse incideret in manus inimi-
corū ejus, et quia nolebat se subjugare inimicis suis, ideo clam a Terra
Utini recessit V. Decembris MCCCCXI. et ivit Savorgnanū, et ibi perman-
sit, post vero paucos dies idem Dnus Tristanus positus est in exiliū cū
tota parentela ejus a Terra Utini et deleverunt omnia arma ejus et
insignia, et laceraverunt ubicunque invenerunt vexilla eorū, et
voce preconia ipsū cū parentela sua proclamaverunt, ne unquam
aliquis de parentela ejus, nec ipse deberet venire Utinū, nec aliquis
deinde deberet memoriam facere de eo, nec concordiam querere de eo. Sed
ipse spernens inimicos suos venit una noctiū ad fossatū Utini die pe-
nultima Martii in die Mercurii Sancti, et fecit incidere, sive rumpere
spaltū per homines, qui intrinsecus erant scilicet proditores Terre Utini
et dimiserunt eos intus cū omnibus illis, qui cū eo erant, non enim erant
docenti illi qui cū eo intraverunt. Nondū erat dies, sed a decem horis, et
plus et ceperunt clamare omnes Vivat Imperator et Comes de Or-
timburch et dominus Tristani de Savorgnano. Illi autē Vispiliones pro-
ditores spoliatores homicide exules, qui cum eo venerant ceperunt vocare
Petrū, Paulū, et omnes quoscunque volebant. Et surrexerunt multi me-
chanici, et venerunt cū eo ad plateam clamantes omnes. Vivat Impera-
tor, Comes de Ortinburch et D. Tristanus. Audientes autē inimici ejus
et fere totus populus perterriti sunt, et vix audebant de domibus exire.

et fugierunt, et fugierunt quamplures extra terram Utini quam citius
potuerunt, et ipse Tristanus jussit illis, qui secum erant quod ipsi irent
in domos aliquorum inimicorum ejus, et auferrent bona eorum, et sic fecerunt
ut mandaverat eis. Et fecit venire ad se quemdam Antonium Golanx
et interfectus est super plateam Utini. Tandem fecit depingere in una
carta papiri insigne suum, et posuit super plateam Utini, et fecit custodi-
re plateam Utini cum armis, balistis, lanceis, scutis cum cum insigniis ejus
et fecit fieri novum consilium novos officiales imposuit. Et dixit quod
ipse volebat facere pacem cum inimicis suis, et quod omnes deberent in-
trare Utinum, et pacem habere volebat cum omnibus, et venerunt aliqui,
sed pauci, postquam autem venerunt ~~[illegible]~~ aliqui dixit eis. Scitote
quia volo habere pacem cum omnibus, et obedire Dño Imperatori et ejus Vi-
cario, et si non creditis mihi Mittam Ungaris duos filios meos obsides,
et fecit sic, tamen fraudulenter. Ungari autem libenter receperunt
eos in custodiam habuerunt reservantes eos bene. Sed quia inimici
ejus indigne ferentes mala ab eo illata non minus perspicaces consi-
lium inierunt in unum et miserunt Savavallum ad gentes Dñi Regis con-
querentes super dictum Tristanum quomodo ipse cepisset. Indignati autem
Ungari cum ceteris aliis Patrie Fori Julii de tam magna proditione
facta per Tristanum omnes unanimiter dixerunt. Eamus, et Terram Uti-
ni capiamus, et ad saccomanum ponamus, et omnes proditores, et Tris-
tanum occidamus. Et venerunt cum magno exercitu equitum, pedestrium,
Curium non remote a terra Utini, cupientes omnes ponere Terram
Utini ad saccomanum. Sed quia Deus non derelinquit sperantes in eo. U-
tinenses miserunt nuntios ad illas gentes, que jam prope Terram
Utini erant, et pacti sunt ad invicem quod si Tristanus non recedat a
Terra Utini aut quod ipsi tradant cum eis, quod ipsi capient Terram et ho-
mines, et omnia bona auferent et Tristanum morti tradent. Venien-
tes autem nuntii relatione facta dixerunt Tristano quod non poterant
ipsum concordare de proditione facta per eum, quod ipse Tristanus audiens
hec, et timens ne incurreret in manibus eorum circa noctis mediam exivit
de Terra Utini cum quamplurimis de Terra, et ivit Savorgnanum die octavo
Aptis. Boni autem viri et nobiles mitigaverunt gentes illas, et spoponde-
runt eis daturos duodecim milia Denariorum, et vinum, et bladum et alia
necessaria et sic factum est, ut venerunt in Terram Utini fere ducenti
et similiter omnes, qui exierant pre timore terra Utini quam intravit
Tristanus. Et imposuerunt vexillum Eccle Aquileg. super Castrum Utini,
et promiserunt omnes obedire Dño Imperatori et abierunt iterum ad for-
tilitia eorum, que receperant Veneti, et in illis dieb. venerunt Veneti cum
exercitu suo fere cum sex milibus volentes similiter recuperare fortili-
tia eorum et etiam cupientes, et volentes tollere bona Eccle Aquilegiensis
sicut ante fecerunt. Sed ipsi Ungari defendentes se viriliter victoriam
obtinuerunt, quatuor bombardas eis abstulerunt, et ductorem seu caput
exercitus Venetorum ceperunt, et multos alios captivaverunt, et ipsi Veneti
terga vertentes transfretaverunt Venetias, ibique auxerunt exercitum
suum, et iterum remiserunt aliquos ad partes Istrie, ut vastarent vites, oli-
vas, et magna damna intulerunt illis de Mugla. Sentientes hoc gentes

Dñi Imperatoris miserunt quamplures Theotonicos ad Istriã, et illi vastaverunt in triplo plus, et receperunt multa animalia, et magna damna Venetis intulerunt, et reversi sunt ad Terram Utini cum prosperitate, et lucro.

Nunc autem revertamur ad facta Tristani. Tristanus videns se ab inimicis exosum fecit rumpere aquam, et sic venit aqua ad Terrã Utini p octo dies, nec poterant molere, nec animalia in copia habere ad bibendum. Tandem Procuratores Dñi Regis miserunt nuntios ad Tristanũ, interrogantes eum, cur rupit aquam Terre Imperatoris. Qui respondens ait. Restituant mihi Utinũ ablatũ et alia, et ego dimittam eis aquam venire aliter autem non. Audientes autem responsũ ab eo omnis Patrie turba, nec non gens Dñi Imperatoris, quod sic spreverat omnes, et omnib9 obsistere velle, recuperaverunt aquã velit nolit, ponentes custodes, et stipendiarios, ut custodirent aquã, et similiter Castrũ Savorgnani et fecerunt bastias, et obsiderunt Castrũ, nec aliquis victus eis impenderet quis nec favorem. et voce preconia proclamaverunt, quod quicunque in Castro illo esset, si non exiret per tributũ, quod suspendio puniret. Tristanus clam exivit Castrũ, et perexit usque Venetias, ibique ordinavit quecunque potuit. Interim capti fuerunt in terra Utini quamplures proditores, et suspensi sunt.

Tunc venit Tristanus in Forum Iulii cum copioso exercitu Venetorũ die XXV Maii. Cui dux, sive caput fuit Karolus Mala testa de Rimino, qui finxit se esse vicarium Romane Ecclẽ, et spoliaverunt multa animalia in Patria existentia multasque segetes vastaverunt, et venerunt ad Savorgnanum et obtinuerunt bastias, quas fecerant Utinenses, et alii Patrie pro obsidione, et cremaverunt eas, et omnib9 manus amputaverunt, quos in illis bastiis invenerunt, et pertransierunt fere per totũ Forũ Iulii, capientes homines, mulieres, parvulosque quoscunque poterant invenire. Aliquos morti tradiderunt, et variis tormentis cruciarunt, quod nunquam fuit auditũ ab adventu Attile usque ad presens ita multa et enormia mala commissa in Patria Fori Iulii, et obtinuerunt multa fortilitia et ea multũ munierunt victualib9 et aliis necessariis, ut fuit Sedeglanũ Muzana, Palazolũ, et portũ Latisane et cremaverunt multas villas, et tulerunt iterum aquã terre Utini et venerunt ad Portũ Latisane et ceperunt eundem locũ. Tandem venere in Patriã mille et ducenti Ungari, et primo recuperaverunt aquã Terre Utini et pertransierunt Tulmentũ, volentes contra inimicos suos debellare. Tristanus vero remansit in Patria in Castris suis cum plurib9 de Venetorũ gentib9, et fecit metere segetes, annonas conducere in Castris suis, et homines, quoscunque poterant capere, capiebant. Et non audebant nec exire extra Portas Utini pro timore, et rupit iterũ aquã, et erat magna penuria aque eo quod non poterat molere nec animalia poterant habere ad bibendum. Et postmodũ venerunt iterũ plusquam octo millia Ungari, et messi sunt multas segetes, et similiter spoliabant omnes homines et mulieres, quoscunque reperiebant, et dimittebant

eos nudos abire, nec amicis, nec inimicis parcebant et pertransierunt iterum Tulmentum, et pervenerunt ad alios Ungaros Tristanus viriliter duxit guerram cum inimicis suis, et cum omnibus hominibus totius Patriae Fori Julii. Tandem homines Patriae elegerunt cum voluntate et consensu Dni Regis Ungariae unum Patham Theotonicum, qui dicebatur Dux Tech Ludovicus, et promiserunt velle ei obedire tamquam Pathae electo, sed non confirmato et post confirmationem factam a Papa et Bellis ostendit omnes velle obedire tamquam vero Pastori. Et nota quod iste Dux Tech destinavit magnam pecuniae quantitatem Romae post recessum olim Antonii Caietani qui resignavit Patriam ut superius mentionem feci, et fecit dare idem Dux eandem pecuniam procuratoribus suis, ut procurarent pro eo ut eligeretur in Patham. Sed unus illorum Procuratorum procuravit tantum pro se, ut fuit Antonius Eps Concordiensis, et electus fuit idem Antonius ut superius dixi in Patham, et idem Dux amisit pecuniam suam. Et quia idem Dux invite ferens iniuriam sibi illatam non cessavit donec misit Comitem de Ortinburch cognatum suum ad Civitatem Austriae, ut superius declaravi. Et anno Dni MCCCCXI. resignavit idem Antonius de Portugruario officium pastorale Eccte Aquilegensis, et transivit Romam et ibi electus est in Cardinalem Aquilegensem. Et vacavit Eccta Aquilegensis usque ad electionem istius Ducis fere per annum unum. Sed non vacavit raptoribus, et devoratoribus. Multos enim habuit Patria devoratores, qui devoraverunt omnia bona totius Patriae. Sic fuit Comes de Ortinburch Paulus existens in Castro Utini, et multitudo Ungarorum, et Venetorum, et aliorum predonum et vispilionum, quia numquam fuerunt tot latrones in Patria sicut istis temporibus, quia destructa fuit totaliter tota Patria cum Trevisana. Inimici autem Tristani prece et precio magnarum pecuniarum pacti sunt cum quibusdam Ungaris fere mille quod deberent obsidere Castrum de Arij, quod erat dicti Tristani et obsiderunt ipsum, et nihil potuerunt facere, et reversi sunt in Terram Utini.

Quae huc usque collegi extant in Aedib. Congregationis
Oratorii Utinensis penes P. Comoretti.

Antonius de Ponte Episcopus Concordiensis factus fuit Patha et confirmatus per Dnum Gregorium Papam, sed non habuit Patriarchatum in pace. Recessit et ivit ad Romanam Curiam, ibique absque Patriarchatu et Episcopatu mortuus est.

Ludovicus Dux Dech fuit electus in Patham, et confirmatus in Concilio Constantiensi, et electus fuit 1413. Sedit annus VII. Iste habuit guerram cum Dominio Venetiarum, ex eo quod prefatum Dominium volebat Dnum Tristanum cum sequacibus suis reducere in domum suam et volebat, quod bona eorum eis restituerentur et quod Dnus Patha esset amicus amicorum suorum et inimicus inimicorum. Et Dnus Patha nolebat hoc facere ad contemplationem aliquorum, qui habebant bona Dni Tristani, et fratrum et sequacium eius. Isto tempore homines S. Danielis furati sunt Varmum superius et acceperunt D. Bertaleum et Ioannem Antonium eius filium. Mala morte eos occiderunt, et combusserunt turrim ~~eius~~ ipsius Castri. Item dicto tempore Dominium Venetiarum habuit Sacilum, et Dnus Patha ivit in Ungariam, et Civitatenses jam concordaverant cum Dominio Venetiarum, et rediens Dnus Patha cum Ungaris fere

quatuor millibus venit in Patriam et ivit in obsidium contra Civitatem Austriae cum dictis Ungaris et cum tota Patria sed in Civitatem Austriae jam venerant gentes Dñii Venetiarum videlicet Thaddeus Marchio, et ibi stetit Dñus Patha cum dictis gentibus et tota Patria diebus XV. Postea recessit propter magnum frigus et Nives, sed devastatae fuerunt vites quasi circumcirca Civitatem Austriae, postea dictae gentes reversae sunt in Ungariam et Dñus Patha cum eis. Demum prefatum Dominium posuit campum ad Prata, et eam habuit ad pactus, quod Dñus Nicolussius et Dñus Joannes de Prata haberent bona eorum, salva et habita Prata subito fecerunt comburere, et aquam per ipsam Pratam posuerunt, et sic destructa est Prata, et est effecta silva. Item Dñus Tristanus de Savorgnano habuit tractatum cum aliquibus Civibus Utinensibus intrandi Utinum et una nocte aperta fuit sibi porta S. Gotardi, et intravit cum gentibus Dominii Venetiarum. sed subito populus surrexit, et eos expulit, ubi aliqui stipendiarii pedestres interfecti fuerunt. Et squartatus fuit Thomas de Ronconis, qui dictos tractatus sciebat, alii vero fugerunt, et duravit guerra annis duobus cum dimidio. Postea per Utinenses fuit facta obedientia Serenissimo Dominio Venetiarum, quia Patha non veniebat ad succurrendum eis nec mittebat auxilium, et hoc fuit in MCCCCXX. qua obedientia facta communitas Utini misit Ambasiatores ad prefatum Dominium Cives octo, qui manibus propriis bona ponebant in manibus prefati Serenissimi Dominii Venetiarum Tunc gratiose recepti fuerunt, et dimissi in libertate, videlicet gubernandi prout faciebant tempore Patriarcharum in Civilibus tantum, non in criminalibus propter Civium discordias, volueruntque Veneti, quod omnia bona Dñi Tristani, nominisque sociis redderent, cum hoc quod communitas annuatim redderet pecunias Civium, qui emerant talia bona. Et ita factum est. Et sic facta est obedientia nemine mortuo, vel læso. MCCCCXX. die VI. Junii intravit Dñus Tristanus, et eius sequaces Utinum et habuerunt eorum bona stabilia, vigore determinationis prefati Excelsi Dominii Venetiarum, et tota Patria postea fecit obedientiam licet aliqui Castellani antea fecissent. Postea Dñus Ludovicus Patha mortuus est in Concilio Basileensi et factus fuit Patha Dñus Ludovicus de Padua existens Cardinalis per Papam Eugenium IV. Sed Dominium Venetiarum noluit sibi dare dictam Patriam usque ad 1445. quo tempore prefatum Serenissimum Dominium Venetiarum dedit ipsi Dño Pathae Aquilegien. Sanctum Vitum, Sanctum Danielem cum pertinentiis &c.

Et successive de tempore in tempore ad 1420. pro majori parte fuerunt guerrae et discordiae, dissensiones, et mortalitates. Tandem Dominium Venetorum obtinuit Patriam nomine Beatissimi Marci Evangelistae, qui primus Patriarcha in Patriam suam venerat mittens suos magnificos gubernatores, qui mirabiliter, et sapienter bene gubernant, et defendunt nos ab inimicis nostris ponentes adjutorium pro nostra salute.

Fuimus in pace per decem annos, scilicet usque ad 1430 Tunc venit Dñus Patha cum tredecim millia Ungaris ad Rosacis, et ceperunt Rosacis, et Manzanum, et fecerunt campum prope aquam fluminis Natison et aliquando currebant per villas damnificando robando et rapiendo homines, et aliquando currebant prope Utinum, et si quos inveniebant capiebant eos

et qui erant Rosacij et Manzanū volentes se defendere capiebant eos, et incidebant manū unā pro quolibet eorū. Sed Dñi nostri Veneti fecerunt venire Utinū sex millia equitū armigerorū, et multas gentes de Tarvisana et aliquando exibant, et capiebant de Ungaris, et ducebant in terrā Utini, et vendebant eos. Stetitque campus ibi ad Manzanū circa duos menses, et supervenit imber, et de mense Novembris recesserunt ad partes suas insalutato hospite. Tunc omnes de Patria simul et pariter de voluntate Dominii Veneti prostraverunt Manzanū ad terrā in ruinā &

Et ex post fuimus in pace usque ad 1463. et eodem millesimo coeperunt iterum discordiæ inter Tergestinos, et illos de Mugla, et de Cavodistria. Tandem Dominiū Venetorū elegit multas gentes de Patria, et armigeros, et multos balestrerios de partib. sive contratis circa Venetias, et posuerunt campū per terrā, et per mare, ubi steterunt per aliquod tempus, et multa mala intulerunt super Tergestū, et gentes eorū. Tandem facta fuit pax inter Dominiū Venetorū, et Tergestinos, propter quod Dñus Papa Pius etiā faciebat guerrā cū Dominio Venetorū super Dño de Rimano, qui adhærebat Dominio Venetorū. Tunc temporis Dñus Jacobus Marcello Locumtenens in Patria, et provisor in campo per terram et Dñus Vitalis Lando provisor in mari potuissent capere Tergestū, sed noluit Dñus Jacobus, quia habebat unū filium Tergesti, qui erat bannitus de omnib. Terris et locis Dominii Et inter paucos dies facta fuit pax etiam inter Papā, et illos de Rimano

In isto tempore fuit Patha D. Ludovicus de Padua (Mezzarota) et in Romana Curia fuit residentia sua cui Dominiū Venetorū dabat sex millia Ducatorū, nec non Dominiū Aquilegiense, S. Danielis, et S. Viti ultra Taliamentum.

Defuncto dicto Dño Ludovico Patha Paulus II. retinuit in se per aliquod tempus dictum Patriarchatū et postea factus fuit Patha Rmus D. Marcus Barbo Venetus, qui Romæ commorans per Epūm Concordiensem, et Feretrinatē tamquam suos Vicarios in Patria oves suas gubernavit, et a Lupo defendit.

In 1470. de mense septembris scilicet in die B. Ursulæ Turchi currerunt per Istriam, et rapuerunt multas gentes de Cavodistria, et de Mugla, et de Tergesto, et multos de Carso adduxerunt in predā in partib. eorū quasi quatuor millia virorū, quia cum esset tempus vindemiarū multæ gentes erant ad colligendam uvam, et dicti Turchi venerunt tamquā latrones, et fures currentes usque Foglanū super aquam Lisontii, et si non fuisset magna profunditas ipsius aquæ incurrissent etiam in partib. superiorib. circa Lisontiū, et recesserunt cū preda in partib. Bosniæ ibi commorantes pro majori parte aut de consensu Regis Ungariæ, aut vi, quia dictus Rex factus est inimicus Christianæ religionis propter pecuniam.

In 1472. dicti Turchi, et multi de Bosnia, Crovatia, et aliæ pessimæ gentes tempore vindemiarū intraverunt Patriā a parte Superiori Foglani tamquā latrones, et fures discurrentes per villas, et cremando et interficiendo homines et mulieres seu adducendo prope Aquilegiam, et usque ad Cormons hinc inde in multis locis, et aliqui pauci incurrerunt ad possessiones, et pertinentias burgi Aquilegiæ, et usque in Tavellā Villæ Baivars recesserunt, et adduxerunt multos in predā super paludem montis Falconi

per noctes duas, et post recesserunt a parte inferiori Montis falconi cum preda eorum, et cum eorum exercitu, qui erant circa VIII millia, ut asserebatur per illos de Montefalcono

Et Dni nostri Veneti fecerunt venire multas gentes armigeras, et plantaverunt campum ad villam campi longi, et dum precursores Turchorum transfretabant Lizontium, armigeri nostri cum provisore Dnorum Venetorum arripuerunt fugam versus Aquilegiam ad villas Cervignani et Turchi ceperunt multos armigeros, quorum aliquos occiderunt, et aliquos secum adduxerunt in partibus eorum in predam, et ceperunt nonnullos de Utino, qui erant ad colligendas uvas hinc inde per villas, et aliqui juvenes volentes ire ad campum et invenientes per vias Turchos perterrebantur, et felices illi, qui potuerunt evadere de manibus eorum remeando vel reducendo se in locis securis. S. Baptista de Sbrugliavacca ibat feliciter tamquam si iret ad nuptias, et cum vidisset Turchos perterrefactus nimis, et nescientem evadere ceperunt eum, et adduxerunt in partibus Bosnie, qui habebat in pera circha Ducatos centum, et ibi mortuus est in quodam Monasterio Fratrum minorum propter infirmitatem illi supervenientem.

In 1472. Domini nostri Veneti ceperunt facere quoddam fossatum magnum seu riparum juxta aquam Lizontii incipiendo a partibus inferioribus juxta maritima, et terminando usque ad Lucinins in itinere Gorize, et laborabant circa VI. vel VII. menses per duos annos videlicet 1473. 1474. Et fecerunt venire multas gentes de Veronensibus, Paduanis, Vicentinis, Tarvisanis, et de omnibus partibus Fori Julii, et terris, ac locis eorum Dominio subiectis. Erant aliquando VI. vel VIII. millia laboratorum qui semper laborabant, et faciebant multos Turriones, et bastiones lignaminum, et adduxerunt in Civitate Utini multas spingardas ex Venetiis, et fecerunt aptare super currus bigos adducentes cum equis in campum.

In 1473. de mense septembri dicti Turchi cucurrerunt in partibus Carantani et Carnioli super Dominio Dni Imperatoris discurrentes hinc inde et multa mala faciendo, homines et mulieres occidendo, juvenes secum adducendo et villas cremando. et nos in Patria eramus in nimia timiditate. Zentes Villanum adducebant fugiendo bona sua in Utinum Civitatem Austrie, et Montemfalconum, et in alia loca, ubi eis videbantur esse secura. Et Dni nostri Veneti fecerunt venire de novo multas gentes armigeras, nec non Dnus Karolus de Fortebrazio in Capitaneum, et

Zentes Veronenses, Vicentini Paduani, et Trivisani ac de nostris partibus Fori Julii, et de Carnea, et Cadubrio fecerunt secum campum per villas versus riparum et prope Lizontium, et steterunt ibi per duos menses, pro majori parte aliqui steterunt per tres, aliqui per quatuor. Et inter eos fuerunt valde pessimi, qui frangebant lectos, et auferebant que inveniebant, villas cremabant, homines occidebant et adducebant secum mulieres et juvenes, et multa alia mala faciebant depredando mercatores ita

quod ab alicujus memoria nunquam fuerint tam mali et nequissimi stipendiarii in Patria Dni Julii, sicut ipsi fuerunt, qui utinam nunquam sint reditur.

In 1474. de Mense Maio et Junio ceperunt venire adhuc multi laboratores super dictum fossatum vel riparum, et fecerunt eos laborare continue usque ad festum S. Martini, et praecognoscentes, quod Turchi iterum volebant invadere Patriam in fine mensis Augusti et principio mensis Septembris fecerunt venire dictum Dnum Karolum de Fortibrazio et multas gentes armigeras pedestres, scilicet Veronenses, Vicentinos, Paduanos, et Trivisanos et gentes de Patria feudetarias, quae gentes de Patria erant divisae per tertium, et quodlibet tertium serviebat per octo dierum spatium pro rata sua, facientes campum in villis circumstantibus Lisontii et in dicto fossato vel riparo. Unde scientes, et cognoscentes Turchi, quod erant multae gentes paratae ad debellandos eos, si venissent, non curaverunt venire in partibus istis, sed cucurrerunt super ~~[illegible]~~ Dominium Federici III. Imperatoris et multa mala intulerunt suis subditis, et redierunt in partibus Bosniae cum preda eorum. Et steterunt nostri stipendiarii ad Campum usque ad festum S. Simeonis et Judae Apostolorum de mense Octobris. Et postea stipendiarii nostri recesserunt de campo unusquisque ad loca sua sibi designata in partibus Dni Julii pro majori parte quoniam supervenerunt pluviae, et imbres, ac etiam ne in totum consumarent pauperes rusticos.

In 1475. Domini nostri Veneti fecerunt adhuc venire multas gentes Veronenses, Trivisanas, Paduanas, ac Visentinas ad laborandum supra dictum fossatum, vel riparum. Et fecerunt unam bastiam in capite Pontis Lisontii versus Goritiam, ubi jam manent aliqui stipendiarii pedestres ad guardandum dictum Pontem &

In eodem anno venit strenuus miles, et Doctor Dnus Vitalis Lando noster Locumtenens, valde bene meritus qui nunquam tenebat se otiosum in equitando et providendo ea, quae necesse erant hinc inde, et imposuit silentium stipendiariis super latrocinia eorum.

In eodem millesimo videlicet 1475 in die Veneris Sancti, vel in die Jovis perversi Judaei habitantes in Tridento cum multis aliis de partibus circumstantibus furaverunt unum puerum Christianum aetatis annorum duorum cum dimidio nomine Simonem, et crucifixerunt eum cum magno, et maximo martirio Tamen illud scelus pervenit ad aures justitiae, et rapierunt circa XVIII. vel XX. Judaeos et Mulieres, et pueros eorum et retinuerunt in carcere aliquibus diebus et postea in necem tradiderunt eos, aliquos decollando & ut per juris justitiam ordinatum fuit.

Unde ille beatissimus Martyr in regno et Gloria Dei Patris congaudet cum sanctis Angelis, cum sanctis Martyribus Innocentibus, et confessoribus, qui confessi sunt mortem Dni Nostri JESU Christi. quocirca omnipotens Pater cum Sapientia Filii, et clementia Spiritus Sancti Paracliti multa, et stupenda miracula ac beneficia meritis beatissimi Simonis prestita sunt super caecis, qui illuminati sunt, super mortuos suscitatos, super claudos erectos, super infirmos curatos. Et alia multa fecit signa ut patet manu fidelissimorum Notariorum ejusdem loci optimae opinionis. Et ideirco multa

gentes circa jacentes concurrunt ad visitandum illud sacrum corpus tam
magnis signis decoratum videlicet Veronenses, Vicentini, Brixiani, Man-
tuani, Patavini Tervisani et Forojulienses.

In eodem mill.° 1475. Malitia, et sagacitas perfidorum Judeorum de Tridento condu-
xerunt unum Cardinalem ex curia Romana usque ad Tridentum, ea in-
tentione ut videret corpus Martyris pueri Simonis et auferret ab eis.
Sed cum hoc non posset facere propter multitudinem populi excita-
tam, adversus eum, pervenit ad Veronam cupiens diffamare dictum
Martyrem prout f cepit, et fecit. Sed ecce Dei judicium ad defensionem
martyris. Ibi insurrexerunt pueri Veronenses in magna multitudine
et rapientes lapides injiciebant contra dictum Cardinalem ita et taliter
quod eum interfecissent, si non fuissent Gubernator, et alii magni
domini. Qui statim fugam arripuit, et insalutato hospite rediit Ro-
mam. Iste Cardinalis fuit deductus a maledictis Judeis per pecuniam,
ut eos excusaret a scelere eorum. Sed illic nullus eorum amplius habitabat
scilicet in Tridento, nec possunt plus habitare propter scelus commissum
super puerulo illo parvo, et adeo consacrato. Amen.

Ex alia cronaca existente in Bibliotheca
Congregationis Orat. Utinensis penes
eumdem Patrem Comorettum.

Acta inter Angelum Corrarium dictum Gregorium Papam Duodecimum et Petrum de Luna nuncupatum Benedictum Papam Decimum tertium. Nec non de Sanctae Matris Ecclesiae schismate deplorabili eorum tempore. Nonnulla monimenta circa ea quae in Patria Fori Julii, vel alibi tunc gesta fuere.

Gregorius Eps servus servorum Dei. Ven. Fratribus Antonio Patriarchae Aquilejensi eiusq.
suffraganeis, et dilectis filiis electis Abbatibus, et aliis Ecclesiarum, monaste-
riorum, Praelatis, Capitulis, et conventibus exemptis, et non exemptis per Aqui-
lejensem Provinciam constitutis salutem et Apostolicam Benedictionem.
Eo celerius, Ven. fratres, et dilecti filii, literas nostras ad Fraternitatem et
devotionem vestras scribere properavimus, quo majorem laetitiam, et eisdem
literis, cum studia et desideria nostra circa pacem et redintegrationem
christianorum cognoveritis, vos credimus suscepturos. Etenim fel. record. In-
nocentio PP. VII. Praedecessore Nostro VIII. Id. Novembris ab huius saeculi mor-
talitate sublato, cum post exequias ut moris est solemniter celebratas Ven.
fratres nostri S. Matris Ecclae Cardinales, de quorum numero tunc eramus, invo-
cata Spiritus S. Gratia in Palatio Apostolico apud S. Petrum pro electione fu-
turi Romani Pontificis conclave intravissent multis tractatibus per plures
dies habitis, tandem tunc tituli S. Marci Presbyterum Cardinalem unanimi-
ter oculos dirigentes, Nos in Romanum Pontificem concorditer eligentes. Nos
vero quamquam pro imbecillitate Nostra tanto oneri subire formi-
dabamus, tamen in eo, qui mirabilia facit spe concepta suscepimus hunc
vos, non de nostra virtute, sed de summi Dei, cuius procul dubio res agitur, u

benignitate confisi cura Pastoralis officii non pro Nobis, sed pro Dei honore et publicae utilitatis commodo suscepta ad illud ante omnia convertimus animum ut ad effectum hanc pestiferam et exitialem scissuram quae per tot annos cuniculos populum Xnum pervasit, ad redintegrationem et unitatem reducamus super quo tantam gratiam speramus Nobis ex alto praestari ut jam Nobis suaserimus brevi temporis spatio hoc, quod cupimus ad effectum deducere, atque ut omnis nostri sit animi nostri propositum decrevimus non juri Nostro, quod verissimum est, innitentes, tollere omnem effectum et effectum tam juris quam facti, quantum Nobis rationabiliter esse poterit quo impediri valeat gratissima Xnorum unio, ne tantis calamitatibus subiiciatur sacrosancta Ecclesia sed quo validiora, firmiora et certiora sunt jura Nostra et quanto magis de illis nullatenus dubitamus tanto laudabilius esse ducimus pro pace Xnorum illa deponere non enim semper juri inhaerendum est saepe utilitatis et temporis habenda est ratio. Itaque omni contentione seposita ad adversarium Nostrum jam scripsimus ipsum ad pacem et u~~nitatem~~ nimium benigne invitantes, atque offerentes nos paratos ad juris nostri cessionem et Papatus renunciationem efficaciter faciendam per Nos si et quando ipse adversarius vel eius successor quicumque hoc idem faciet renuntians scilicet praetenso juri, et Papatui suo vel decedat dummodo illi qui apud dictum adversarium pro Cardinalibus se gerunt sic convenire, sic concordare cum ipsis fratribus Nostris velint ad effectum, ut exinde canonica unici Romani Pontificis electio subsequatur, nec non offerimus omnem aliam viam rationabilem, per quam scissura tollatur, et unionis sequatur integritas, quam oblationem, ut strictiori vinculo fieret juravimus, vovimus, et promisimus ante electionem nostram eodem vinculo efficaciter implendam cum singulis ex ipsis fratribus in casu quo aliquis Nostrum ad apicem summi Apostolatus esset assumptus post ipsam assumptionem id ipsum ad firmiorem constantiam denuo jurantes, voventes, promittentes ac ratificantes. Oratores etiam Nostros celeriter mitti summus, qui de loco idoneo ac decenti cum eisdem disponant ad hujusmodi unionem faciendam. His igitur cognitis de pace, atque unitate Ecclesiae bonam spem suscipere vestra fraternitas, et devotio debent. Nam profecto confidimus tempus advenisse, in quo nunc Xnorum circa quod nostris piis oratoribus fortes operam, implebunt vota. incertis autem rebus quae ad vos, atque vestros attinent gratiam et benignitatem Nostram promptissime offerentes. Tenor autem litterarum Nostrarum, quas circa praemissa praefato adversario Nostro dirigimus sequitur, etc. est talis

Gregorius Epus Servus servorum Dei. Petro de Luna, quem nonnullae gentes in hoc miserabili climate Benedictum XIII apellant pacis, et unitatis affectum. Quia humiliat, inquit Veritas, exaltabitur, et qui se exaltat humiliabitur. Cuius saluberrimam monitionem quanto ex alto nobis promittis obedienter sequentes decrevimus per litteras Nostras omni contentione seposita benigne te afari, et ad redintegrationem Ecclesiae coarctari, imo te invitare ad id Consilium capessendum, quod Nos ipsi pro pace Xnorum accepimus. Vides quanta mala quanta pericula, quanta incomoda quanta denique Xnae Religionis infamia jam per triginta annos ex hac pestilenti, ac nefaria seditione in populo Dei provenerint, quantaque, nisi provideas, sint quotidie proventura

Horum omnium malorum qui causa ab initio fuerunt certum vides quibus si rigor justitiae non cessit, nec forsitan equitas pervenit. Nihilominus tot graves molestias Christianam religionem perpessam non dubitas, si nunc quando eorum mentio fiat dubius est remedii locus quominus Ecclesia in solidum maneat angustiis. In qua re tu de ipso ac de conscientia tua videris. Nos mentem atque intentionem Nostram apertissime profitemur. Non est consilii nostri tempus aliquo modo tenere, sed quo validiora certiora firmiora sint jura Nostra tanto laudabilius ducimus ea pro pace et redintegratione Christianorum relinquere. Non enim semper de summo jure disputandum est. Saepe rigor pacis et utilitati et tempori cedit. Nam si mulier sui, et suo jure renuntiare, et proprio filio spoliari se voluit, ne sectionem unius pueri videret, quanto magis nos si malitia operante ad optatam unionem venire non possimus per justitiae vias pie cedendo unionis effectum concurramus pera[…]vides. Quare exurgamus ambo in unum unionis affectum. Ad hoc te hortamur, salutem Ecclesiae jam hoc diuturno morbo afflictae. Ad hoc te invitamus, paratique sumus, et offerimus nostro verissimo juri, et Papatui cedere, et renuntiare, et efficaciter faciemus, si et quando tu renuntiabis, et cedes praetenso juri, et Papatui tuo vel decedes, vel quicumque successor tuus renuntiabit, et cedet praetenso juri, et Papatui suo, vel decedet, dummodo illi, qui apud partem tuam pro Cardinalibus se gerunt sic convenire, et concordare cum Ven. Fratribus Nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus velint in effectum, ut exinde canonica unici Romani Pontificis sequatur electio. Itaque ut praedicta expeditionem consequantur effectum celeriter mittemus Oratores Nostros qui tecum de loco habili et decenti ad hujusmodi rei confectionem disponant. Et insuper pendente hujusmodi unionis tractatu non faciemus, neque creabimus aliquem Cardinalem, nisi forte causa adaequandi numerum Fratrum Nostrorum cum numero illorum, qui apud te pro Cardinalibus se gerunt, ut sic pares pro utraque parte ad solemnem et canonicam electionem unici Romani Pontificis deveniri possit. Extra hunc autem adaequationis casum nullum ut dictum est, creare decrevimus, nisi ex defectu tuo, vel partis tuae steterit quominus unionis praefatae conclusio in annum, et tres menses a die intronizationis Nostrae computandos fuerit subsecuta. Hoc autem quod de non creandis Cardinalibus tractatu hujusmodi pendente diximus ita locum habere intendimus si tu quoque idem observabis. Hanc vero oblationem et insinuationem praedictam Cardinalibus non sedentibus, ac superiorem oblationem renuntiationis modo praedicto ut strictiori vinculo fierent juravimus, vovimus, et promisimus ante electionem Nostram eodem vinculo effectualiter implendis cum singulis ex Nostris fratribus antedictis in casu quo aliquis nostrum ad apicem Apostolatus esset assumptus post ipsam assumptionem quod ad firmiorem constantiam denuo jurantes, voventes, et promittentes, atque ratificantes. De hoc autem quod Bulla sine impressione Nostri Nominis est impressa praesentibus nullus debeat admirari, nam ante coronationis Nostrae solemnia usus praefatae Bullae cum hujusmodi impressione nominis non habetur. Datum Romae apud S. Petrum XII. die ab Assumptione Nostra XI. vero Decembris Anno a Nativitate Domini MCCCCVI.

Karolus Dei gratia Francorum Rex. Egregiae circumspectionis viris et amicis Nostris Carissimis pro Cardinalibus se in Roma gerentibus salutem. Miserandae, lacrymantique matri omnium Ecclesiae condolere cognoscitis alicunde si non fallimur dilecti et fideles amici Carissimi quam in gravibus doloribus quanta et continuis anxietatibus ob duorum nefandorum abominationem, qui dicta de Papatu

contendenint sacrosancta Ecclia magis in dies affligis, magis laceras et concutitur. Videhs nunc miserabilem et horrendam atque nisi Deus ex alto piis oculis eam aspexerit, subversionem. Unde gementes et anxio viscere tenemur, commovemur, cujus desolationi pie condolentes, et eo magis quoad consolationem ejus procurandam magis ex debito obligamur, ad quam vero peragendam quantos labores, quantas sollicitudines in Conciliis celebrandis in Legationib. per Xnum orbem trasmittendo Nostra ab ineunte adolescentia Deo, et vobis testib. adhibemus, satis, et saepe potuistis perpendere. Ut igit vetera noviss, vetustissima omittamus, et novissima capiamus post multos, variosque labores circa viam mutuae cessionis iteratos, et adhibitos post obitum illius, qui apud nos Innocentius dicebatur Angelum Corrarium, quem nunc Gregorium appellatis in vestrum Papam sub votis, et juramentis, de renunciando, et cedendo Papatui elegistis, quo electo ab eodem litteras accepimus continentes, quod Petrus de Luna, cui tunc ut Papae obediebamus mortuo, vel cedente erat pro unitate Xnorum jam suo prpenso renunciare paratus, et dictum Petrum de Luna ut similiter ageret per similes litteras hortatus est, qui suas Bullas super hoc misit. Tunc profecto magno, et ineffabili gaudio exultavimus, quando ambo de Papatu contendentes in eandem sententiam in viam cessionis convenire, et totum mundum inde gaudere, et in Nostram prosecutionem esse unanimes videbamus. Et ut a Nobis consolarentur solemnes Nostros, et Ecclae Regni Nostri Ambaxiatores in magno et notabili num.o de nostra intentione et voluntate ad plenum edoctos primo ad dictum Petrum de Luna deinde ad dictum Angelum transmisimus. Et quamquam apud eosdem contendentes per magna tempora unionem nostro tenore prosequentes permanserint, nihil tandem quod Deo gratum, quod mundo utile esset, reportarunt, ab ejsdem annum et plusquam annum in Legationib. unius ad alterum declinando in locis difficultando in coloris quibibes pro sua parte ad sui excusationem quaerendo consumpserunt, nec in orbe toto locum invenire voluerunt, ubi sua vota et juramenta adimplerent, ubi lugenti, et desolatae Ecclae pacem darent. quis nunc eorum malitiam, fraudem et iniquitatem clare non videat? quis eosdem turbatores pacis, impeditores unionis non accipiat? quis talibus de caetero obediret? violarunt fidem, fregerunt votum promissum, nec tenuerunt, et sponsam Xti ante pedes eorum videntes prostratam eidem manus revelantes et scelerum fecerunt. Oh nefanda temeritas! oh talib. viris ad pacem Ecclae dandam inter mortales obligatos indigne macula nunquam eorum delenda de frontib., qui dum opportunitatem assequendo pacem perceperint, et qui parum existimavimus...... suorum scelerum conscii se mutuo in praesentia suorum Collegiorum videre non visi sunt verentes forsitan, ne voluntas Altissimi, quae mentes hominum penetrat, et cujus majestati manifesta sunt omnia, eorum fraudes, et collusiones, et errores longis incognitis temporib. in eorum perniciem clarescerent et alia majora satis scire arbitramur, et quantum zelum ad pacem Ecclae habuerimus, qualiter vero perceperimus videre potuistis, etenim ambo adeo obstinati sunt, et dura facia obfirmati, ut pacem dare

renuerint. Vos quibus consequenter pacis opes ob defectum et vitium eorundem relicta est, rogitamus, et cum instantia per Deum immortalem, per eius aspersionem sanguinis, si qua vobis fidei et Xpiane Religionis integritas, et ad Matrem Ecclesiam misericordia pietas, requirimus, et hortamur, ut dimisso dicto Angelo vos in unum locum conferatis, et conventionem cum Nostris Cardinalibus procuretis, nam si locum in unum conveneritis, non dubitamus, quin in ipsos contendentium contumaciam, et obedientiam attenta rei necessitate, que nunquam subest legibus Ecclesie procisum sit nec decretum tantum aut legibus, imo miserande necessitatis oculum habeatis, qui cunctis casibus futuris, et maxime tanto casui inopinato, insperatoque non valuerunt decreta, sicut opus est providere, nec exprimet aliquis, quod propter longas dilationes, et duras fatigationes prosilire a nostro proposito desistere debeamus. Qua in re prosequenda ferventiores efficimur, quo magis res eadem longa sit, imo res et dilationem protrahat. Si vero huiusmodi rationi rogationi pariter et requisitioni acquieveritis nostrum auxilium cum illum nostras opes, Nostrum Regnum, Nostra denique omnia vobis non denegabimus, imo vos et vestrum singulos nunc amore, gratia, et favore et Ecclesiam sanctam obsequio, adiutorio, et honore amplectemur. De ceteris quorum rem circa obsequendam in causam vre conventionis, et Nostram voluntate, atque affectionem concernunt dilectos fideles consiliarios Ambaxiatores Nostros Patriarcham Alexandrinum et alios Collegas suos nunc apud vos gratia prosequende pacis Ecclesie instrui ad plenum volumus, quibus dictis fide velitis indubiam adhibere, et requisitis Nobis pro parte vestra faciendis totis conatibus attendemus.

Datum Parisiis. Anno Dni MCCCCVIII. die XXII. Maii.

Appellatio Dominorum Cardinalium super gravaminibus infrascriptis per D. Gregorium ut ferebatur Papam XII. ipsis illatis infrascribitur:

In Xpti Nomine Amen. Anno Nat. eiusdem MCCCCVIII. Ind. Ima die Dominico XIII. mensis Maii hora tertiarum, vel quasi Pontificatus Smi in christo Patris [illegible] anno II. In Civitate Pisarum in Archiepiscopali Palatio, videlicet in Camera, in qua Rmus D. Antonius Eps Prenestinus presentaliter residebat, presentibus ibidem Magnifico et egregio viro Ioanne filio D. Francisci de Ursinis, Laurentio Annibali de Stephanescis, Valeriano de Inzioparibus de Urbe regionis transtiberine, Dno Bartholomeo Ioanne de Montejebam Dno Angelo [illegible] Canonico Lateranensi et Legoqimisalri Salvi Canonico Lateranensi, et aliis quamplurimis testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

Cum hoc sit quod pridie, videlicet die Veneris quarta mensis presentis Maii hora tertiarum, vel quasi Pontificatus [illegible] Stmus Dnus Noster Gregorius Papa XII. infrascriptus et aliis Rmis D. Cardinalibus Sancte Romane Ecclesie nunc residentibus in Civitate Lucana certa mandata fecerit, de quibus infra fit mentio; ipsique infrascripti D. Cardinales quamvis predicta mandata crederent, reputarent omnino, tenerent fuisse, et esse nulla, et omnino invalida de iure, et ab eis in quantum forent aliqua, quod ut credunt vellent, et cuperent appellare, ac contra

ex appellationis remedio se iuvari, quod ad sublevationem gravatorum, et oppressorum dignoscitur institutum, quia hinc facultas appellandi non afficerit propter justissimum metum qui cadere poterat in constantem, ut seriosius infra patebit. Idcirco prelibati Dñi Cardinales, quorum, ut prefertur, nomina describuntur inferius nunc consistentes in Civitate Pisana, et loco eius tuto, in quo omnis metus cessare dignoscitur quamprimum potuerunt opportunitate capta, ad preservationem juris sui cum copia personalis prelibati Dñi Dñi Pape non haberent, nec et hic personaliter existentes coram Rmis in Xto Patribus Dñis Thoma Epo Coriobonen, Bartholomeo Epo Alavien & tamquam coram Venerabilibus et honestis personis in dicto loco personaliter existentibus, et sedentibus infrascriptis appellationem in scriptis legi fecerunt, et petierunt omni via forma, et jure, quibus melius, et efficacius de jure possunt, et debent, cuius quidem appellationis de verbo ad verbum tenor sequitur, ino talis.

Coram Sanctitate Vrã Bme Pater cum omni debita reverentia in his scriptis appellando proponunt humiles servitores vestri Angelus Ostien, Antonius Prenestinus Epi, Conradus titulo S. Grisogoni, Jordanus S. Martini in Montibus Presbyteri, et Raymundus S. Viti in Macello, Oddo S. Georgii ad Velum aureum, et Joannes Sanctorum Cosme, et Damiani Diaconi Cardinales S. Romane Ecclie quod ad notitiam ipsorum pervenit, quod eadem Vrã Sanctitas nuper nondum decem diebus elapsis dum in Civitate Lucana moram haberent minus bene informata eisdem aliqua precepta fecerit que de jure sunt nulla, et quatenus essent aliqua cum semper reverentia loquendo sunt iniqua, et injusta. Primi mandati tenor talis est.

Precipimus omnibus et singulis Cardinalibus existentibus in Romana Curia sub pena privationis Cardinalatus et omnium officiorum, et beneficiorum suorum quam quilibet eorum incurrat ipso facto ne ab ista die 11. videlicet Maii in antea aliquis eorum exeat de Lucca sine speciali, et expressa licentia Nrã per Nos oretenus sibi facta. Cuius mandati iniquitas, et nullitas manifeste patet. Primo, quia non poterant ibi morari cum securitate personarum suarum sine metu carceris et mortis, et aliis, que cadere possent in constantem virum, maxime quia die Veneris 11. Maii cum irent ad Palatium invenerunt domum habitationis Vre et introitum eiusdem plenam viris, et satellitibus armatis ultra solitam morem custodie, et in locis insolitis, et ultra armaturam solitam et dictum fuit eis a fide dignis et veridicis personis, quod aliqui ex dictis Cardinalibus debebant interfici quod postea rei declarat eventus. Nam cum Dñus Cardinalis Leodien de Lucca recessisset fuerunt, ut notorie patuit nonnullis ex dictis armatis destinati, quibus etiam mandatum extitit eum ut caperent et si ipsum capere seu ducere non possent eundem Dñum Cardinalem deberent occidere, qui et insequentes post redditum eorum per Dominium Lucanum capti fuerunt, et in carcerem detenti. Item quia domus prefati Dñi Cardinalis postea per gentes Sanctitatis Vre ultra omnem modestiam posita fuit ad saccomanum in Lucca et familiares eius capti, et detenti, et torti et reliqui omnes dictorum Cardinalium carcerati, et hoc absque aliqua justa causa, sed tantum quia sollicitabant causam unionis Sancte Matris Ecclie prout de jure ex juramento tenentur et quia non sentiebant creationem novorum Cardinalium prout de jure non poterant

nec debebant, quia nec P.s V.ra de jure potest creare, nec debet obstante obligatione facta in Conclavi, et ratificata, et iterata post assumptionem V.ram ad apicem Summi Apostolatus. Item quia in dicta nocte praecedenti fecerunt fabricari ceppi cum compedibus pro carcerandis et detinendis Cardinalibus. Item quia non conquerit nec de jure debet, aut potest tam gravis poena pro tam levi culpa talis viri et talis conditionis imponi et cum tantis gravissimis tantum, et cum solemnitate magna quae interlocutorio praecepto servata non fuit possint seu debeant Cardinales privari Cardinalatu, et non aliter. Item quia secundum obligationem factam in Conclavi, et votum, et juramentum ipsorum oporteret eos convenire cum alio perverso Collegio in loco idoneo. Cum autem Civitas Lucana fuit jam per aliam partem recusata tanquam locus non idoneus necesse erat eos exire Civitatem Lucanam pro prosequendo negotio unionis, et servando juramenta sua. Item quia cum per vos P.S. et ipsos Cardinales de voluntate vestra fuerit oblatum de eundo ad Civitatem Pisarum, si altera pars veniret Liburnium, quae oblatio per aliam partem certo modo fuit acceptata necesse erat eos se conferre Pisis, ut servarent fidem, et obligationem suam, quoniam dictum mandatum fuit nullum, et omnino injustum. Item per hujusmodi mandatum contra jus, et justitiam inducebatis carcer, et cum nihil dites, quem carceris mancipari, vel inter parietes murorum coarctari et sic incipiebatis ab executione et a carcere contra viros in tanta dignitate constitutos, quod omnia jura detestantur.

Aliud mandatum, quod fecit S. V.ra eisdem Cardinalibus fuit tale. Item sub poena perjurii, quam incurrent ipso facto praecipimus, et mandamus eisdem ne alicubi congregentur in aliquo loco sine expresso mandato Nostro. Cujus quidem praecepti nullitas et injustitia patet manifeste. Primo quia mandatum hoc est contra jus Collegii, quod habent Cardinales de jure, et antiqua consuetudine a tanto tempore, cujus initii memoria non existit quod jus Collegii principaliter consistit in conveniendo simul ad tractanda negotia ipsum collegium pertinentia, quod jus, et facultas ab eis sine causa auferri non debuit. Item quia Cardinales de jure tenentur collegialiter interesse, tractare, et conferre de causis fidei, heresum, et scismatum, et in Conclavi etiam se obligaverunt solemniter per votum, et juramentum, ac mutuam fidem tractare universaliter, et singulariter de unione Ecclesiae, quod fieri non potest, nisi collegialiter congregentur. Hanc igitur facultatem eis intercidere est non solum nolle per se attendere ad unionem Ecclesiae, sed et prohibere ipsis, ne ipsam attendant, quod omnino est iniquum, et abominabile, quod juramentum fuit in ipsos Cardinales, vel aliquem ipsorum, quod se non congregabunt et juramentum fidelitatis, et obedientiae sicut propter tenent, non extendatis ad hoc, quod de jure possunt facere, immgnea omnino, et inconveniens ac injusta fuit poena perjurii transversioni talis mandati, seu praecepti.

Tertium praeceptum, quod fecit ipsis Cardinalibus S. V.ra fuit tale. Item sub eadem poena, quam incurrent ipso facto praecipimus, et mandamus eisdem ne aliquis eorum participet cum Oratoribus Petri de Luna, nec cum oratoris

Gallicis sive per se sive per interpositam personam, cuius quidem precepti nullitas, et iniquitas manifeste patet. Primo, quia cum ex voto et juramento sint astricti nihil est mittere de contingentibus necessariis, vel quomodolibet opportunis seu utilibus ad sanctam unionem, que obtineri, et perfici non potest, nisi habendo tractatus et colloquia cum altera parte cum internuntiis ad hoc missis maxime cum per vos R. S. ad hoc tractandum fuerint acceptati; et preceptum est manifeste contra dictam obligationem juramentum et votum et per consequens nullum, et injustum. Item preceptum est hoc contra caritatem, in qua qui non manet in Deo non manet, et quia quilibet fidelis Xrianus in quantum potest errantes ab erroris semita revocare, quod utique fieri non potest absque participatione et colloquio.

Non ergo debuit prohiberi maxime talibus quorum officium est revocare Xrianos ab heresibus et scissura. Quare, Beatissime Pater prefati Sancte Romane Ecclesie Cardinales et servitores vestri cum omni reverentia et humilitate exponunt, et dicunt talia precepta esse nulla, et de jure nullatenus eos astringi ad observantiam ipsorum. In quantum autem forte forent aliqua seu alicuius roboris vel momenti dicunt ipsa esse, et fuisse iniqua et injusta et se ex dictis preceptis fuisse, et esse gravatos contra omnem justitiam et de bitum juris, et ab ipsis preceptis, ac omnibus aliis gravaminibus post predicta si forte secuta est, et si qua sequantur in posterum prefati Cardinales quantum eis licet, et quantum possunt provocant in his scriptis et appellant, et primo quia ratio apperitur noscitur esse superior et intellectus dominari sensualitati a Vobis, Pater Beatissime irrationabiliter et ..... non rectam informationem .... ad vosmet .... rectius et melius informatum et si per sonam discretio requiritis a Vobis, Pater Sancte, cuius Vicario ad Dominum Dominum Jesum Christum, qui judicaturus est vivos et mortuos, et seculum per ignem. Item ad generale Concilium, a quo et in quo solent gesta summorum Pontificum quomodocumque judicari, et decerni. Item ad Papam et Pontificem futurum, cuius est gesta, et inordinata suorum Predecessorum in melius reformare. Super qua appellatione Cardinales antedicti apostolos instantissime petunt sibi dari, et exhiberi debere protestantes quod hac eorum appellatione pendente nihil contra ipsos et in eorum prejudicium debeat quomodolibet attentari. Et quia in Civitate Lucana eis non licebat sine maximo et imminente personarum suarum periculo talem appellationem interponere et intimare; ideo ex tali justo metu distulerunt, donec ad locum tutum devenerunt. Quare protestantur ne ex lapsu temporis prejudicium eis fiat. Quam quidem appellationem predicti Domini Episcopi, et Abbates coram quibus, ut prefertur interposita fuit omni modo via et forma, quibus melius de jure potuerunt, et possunt, admiserunt pariter et admittunt. Super quibus etiam omnibus et singulis prefati Cardinales petierunt a Nobis Notariis infrascriptis sibi fieri, et confici unum, vel plura publica Instrumenta ad dictamen si expedierit Sapientis. Actum in Civitate Pisarum Anno Domini MCCCCVIII. Presentibus suprapresentibus testibus supradictis. Et

BIBLIOTECA
CIVICA
DI
UDINE